ſtoꝛ multi curati ſunt infantes. ℞. opoponacis: ca-
ſtoꝛei: ſan. dra. antimonij añ. tere ⁊ quocũq̃ mõ da-
re poteris patienti tribue videbis mirabile.

Secũdina aſini. ¶ Item expertũ ſecundina aſine bene lota in vino
nigro qñ ſtatim natus eſt aſinus ⁊ in furno exiccata
⁊ puluerizata data in ieiuno cũ modico vini albi ille
ſpaſmus cerebꝛi ad manus paulatĩ reducit᷑ deinde
ad digitos tandem euaneſcit ⁊ reſoluitur ⁊ eſt a re-
ligioſis ſumptum.

¶ Cap. 5. De ꝓhibitõe ſomnioꝝ ⁊ timoꝛis ĩ ſomno

Uia vero quidam moleſtant᷑ in ſomnijs
imaginant᷑ ſuꝑflua ⁊ hec dictis egritudi
nibus cõicat. Nam ſm Auicẽ. 6. de natu
ralibus epileptici ⁊ appoplectici ⁊ ſuberi
ci eaſdem imaginatiões vidẽt in egritu-
dinibus quas in ſomno tpe ſanitatis: iõ
nõ fruſtra dicẽdũ eſt aliq̃d poſt hec. dico añt ꝓcedẽ
tia cõuenire. ¶ Uerũ has viſiones habẽtes debilio
ribus egent auxilijs q̃ pꝛedicti. particulariter autẽ
Semẽ lactuce. hec cõferunt. ¶ Semen lactuce bibitũ ſuꝑflua ſom
nia pꝛohibet. ¶ Et dixit Amech qui poſuerit poꝛtu
Poꝛtulaca. lacam ſuper lectũ ſuum nõ videbit ſomnũ penitus.
Oculus dex- ¶ Et dixit Raſis ꝙ oculus vrſi dexter deſiccatus ⁊
ter vrſi ⁊ lupi ſuſpenſus ſuper puerum remouet ab eo timoꝛẽ in

ſomno. Idem dixit de oculo dextro lupi. ⁋ Et dixit Auicen. margarita ſuſpenſa collo timores tollit. Et Albertus dixit ſi tollatur herba, ſerpentaria trita cū herba trifolij generat ſerpentes. Si igitur de eorū pulnere ſub capite ponat̄ de certo nō ſomniabit. Margarita. Serpētaria.

⁋ Capitulum. 6. De litargia.

Litargia quoqꝫ cōmunicat cum predictis in cauſa vtplurimū: ideo multa predicta hic aducātur ꝛ maxime euacuationes ꝛ mundificatiōes conueniētes. ⁋ Scriptū eſt ſpecialiter ad litargiam mortalem ꝙ ſaturegia cum aceto frequenter infuſa capiti litargiam exiccat. Et de anacardis dictū eſt ꝙ appropꝛietate ꝓferunt: quare condita anacardina cōfectio vtilis eſt cuiꝰ doctrinā infra ſcribemus cap. de egritudinibꝰ motus. Saturegia. Anacardi.

⁋ Capitulum. 7. De vigilia.

Omnes fere doctores cōueniūt in hoc qꝛ quaſi omnia frigida ſomnū prouocant: ſed inter alia laudarunt lactucā: papauer: mandragorā: ſemina cōmunia frigida: opium ꝛ ſimilia. ⁋ Et ex cōpoſitis quidem eſt hoc ꝙ ſomnum prouocat alienationem tollit ꝛ febrem ꝛ ſitim. ℞. ſeminis lactuce portulace: papaueris: ſeminis cucurbite: ꝛ citruli excorticati ana. ʒ. v. ſucci liquiritie: draganti: amili: opij: ana. ʒ. j. ℈. terantur omnia ſubtiliſſime ꝛ fiant trociſci cum mucilagine: pſilij. Doſis a. ʒ. ij. vſqꝫ ad ʒ. iiij. cum aqua frigida aut cum aqua citruli vel lactuce vel ſimilium ſicut vocat neceſſitas. ⁋ Embroca materialis que etiam aufert dolorem capitis calidum. ℞. foliorū apij capitū papaueris foliorū mēte ſemis lactuce iuſquiami, añ. ꝑtes eq̄les coquantur Somnifera. Trociſci. Embroca.

in aqua que ſufficit vſq; ad ↄſumptionē tertie ptis
⁊ fiat capiti embꝛoca: ⁊ ſi emplaſtref fiet opatio foꝛ-
Oleum mira bile. tioꝛ ⁊ perfectioꝛ. ¶ Oleum etiam mirabile quo fit
inunctio. ℞. opij. ʒ. x. ſemis lactuce. ʒ. viij. iuſquiami
mādragoꝛe añ. ʒ. v. corticū papaueris. ʒ. xij. terantur
groſſe ⁊ ſup eis ꝓijce aquā expſſionis mādragoꝛe
aut decoctōis ei⁹ lib. j. aq̄ decoctōis capitū papaue-
ris lib. j. olei ſiſamini lib. j. coquanf in duplici vaſe
vſq; ad decoctiōez ſuccoꝝ ⁊ ex hoc frons ⁊ ſinciput
linianf. ēt pōt naribus ſugi ⁊ eſt mirabile. ¶ Et ego
Expertum. multotiens ſum exptus vt tollaf ſuccus lactuce pa
paueris ſolatri aque roſ. añ. par. j. aceti par. j. opij
par. iiij. infundanf in ſpongia ⁊ apud naſum teneaf
Suffumigiū. infirmi. ¶ Qḋ ſi cā vigilie ſit mā frigida cōfert tunc
ſuffumigiū hoc. ℞. camomille floꝝ aneti añ. ℥. ß. mel
liloti. ℥. j. corticū mandragoꝛe: caſſie: ſquināti añ. ʒ.
iij. corticū papaueris. ℥. j. ligni aloes boni. ʒ. j. ℈. te-
Caputpurgi um. ranf groſſe ⁊ fiat ſicut in alio ſuffumigio diximus.
¶ Caputpurgiū in caſu eodē. ℞. olei anetini: olei de
croco: olei camomille añ. fiat caputpurgiū ⁊ ſi neceſ
ſitas vrget fiat additio ex modico croco ⁊ opio cum
eis. opꝫ. n. qñq; tm̄ ſomnū inducere vt poſſit incidi
mēbꝛū abſq; doloꝛe. ¶ Et ſimplicia quidez laudata
Aqua ſomni fera. ſunt loliū: iuſquiam⁹: ligniū aloes: coꝛtices mādrago
re: opiū ⁊ ſimilia. ¶ Et ego quidē laudo aquā hanc
qua frequēter ſum vſus. ℞. mirrhe: vſnee: iuſquia-
mi nigri: coꝛticuꝫ mādragoꝛe: lolij añ. ℳ. j. opij. ʒ. ij.
nucis muſ. aloes: gallie muſc. añ. ʒ. j. coquanf oīa in
Electuariū. aqua donec inſpiſſenf ⁊ cū vino miſceanf ⁊ bibātur.
¶ Electuariū ꝓpꝛia iduſtria factū fortiſſimū. ℞. coꝛ
ticuꝫ radicū mādragoꝛe. ℳ. j. ſeminis iuſquiami ni
gri. ℥. j. papaueris albi: nigri: ⁊ rubei añ. ℥. j. terātur
groſſe ⁊ coquanf oīa in duab⁹ lib. aq̄ donec redeant
ad lib. j. ⁊ collenf ⁊ manib⁹ expꝛimanf tūc. ℞. zucha
ri albi li. j. ℈. diſſoluanf cū p̄dicta decoctōe ⁊ bulliāt
vſq; ad zuchari pfectā decoctionē poſtea addaf pul
ueris harum ſpecierum nucis muſcate: gallie muſc.

ligni aloes an̄.ʒ.ß.corticū mandragore:ſeminis iuſ/
quiami: papaueris albi ⁊ rubei an̄.ʒ.iiij.opij ʒ.ß.te-
rantur ſubtiliter ⁊ cum zucharo miſceant̄ ⁊ fiat con
fectio.

¶ Additio.

¶ Pillule ad ſom.prouocandū.℞.amili.ʒ.j.croci
ʒ.iiij.opij.ʒ.ß.tēpera cū aqua roſ.⁊ fac pillulas.
Itē.℞.opij.ʒ.ß.croci ponderis vnius denarij ⁊ ſi-
mul optime incorporent̄ mediante aceto deinde be
ne miſceatur cum.℥.ß.populeon eſt enī ꝓuocatiuū
forte ſomni in feb.intenſa ſi fiat inunctio temporū.
Item pillule alie fortes que ſic fiunt.℞.opij:croci:
caſſie lignee an̄.ꝑtes eq̄les detur ſola pro vice.

¶ Capl'm.8.De melancolia ⁊ timore.

T Erbis quidem eſt ſiſaminū vſus.n. — Siſaminū.
eius in cibo multū prodeſt.¶ Timori q̄
ex ipſa accidit ꝓprietate cōferunt mar- — Margarite.
garite.¶ Lingua autē bouis.i.bugloſa — Bugloſa.
multum etiā cōfert.¶ Qd̄ autē dicitur
eſſe cura eius eſt vſus lactis ꝯtinuus quādo aſſocie — Lac.
tate cōtingit multa.¶ Aurum et̄ ſm̄ omnē modum — Aurum.
cōfert.¶ Et ex expertis tam auctorū ꝙ etiā noſtris
eſt electuariū hm̄ōi.℞.ſete tincte ex cremeſi ⁊ gra- — Electuariū.
na ſuper cuius tincturā nō multū preterierit circa
lib.j.ſubmergat̄ in ſucco pomorū dulciū ⁊ aqua roſ.
an̄.lib.j.ß.⁊ dimittat̄ die vna deinde fac bullire mo-
dicum donec rubeat aqua deinde extrahe ſtatim cō
primendo eā ⁊ pone in ea zuchari tabarzet.ʒ.ß.⁊ li.
j.⁊ coquat̄ donec habeat ſpiſſitudinē mellis tūc aufer
ab igne ⁊ pone in eo calido ambre crude minutiſ in-
ciſe ʒ.x.⁊ dimitte in eo liqueſieri deinde ꝓijce ſup
ipſum puluerē harum rerū.℞.ligni aloes crudi ⁊
darſeni an̄.ʒ.vj.lapidis lazuli preparati: margarita — Species eſt
rum albarū an̄.ʒ.ß.auri boni:muſci boni an̄.ʒ.j.ꝯfice — cinamomi.
oīa ſimul doſis eſt aur̄.ß.ʒ.¶ Nos fiduciam in iſto

Nectar expertum ad quartanam.

habemus & maxime ꝑparātes infirmū hoc nectare
qđ perutile inuenim⁹ ꝙ eſt.℞.epithimi recentis fo
liculorum: ſene:flor boraginis:añ.ʒ.ſ.cinamomi
℥.ij.ſ.caſſie:ſpice:macis:cardamomi añ.℥.ſ.zinzibe
ris:gariofilor:ſeminis aniſi añ.℥.j.fiat nectar cū vi
no ſubtili.doſis in mane eſt ciatus vnus. Eſt autem
hoc nectar tante virtutis vt cū ipſo ſolo iam ſana-
uimus quartanā. ¶ Confert ēt ad idem quū eſt mi-

Sirupus.

rachia ſirup⁹ noſter hmōi.℞.capilli ve.lingue boui-
ne:paſſular añ.ʒ.j.xiloaloes:ſpice:maſticis añ.ʒ.
ij.epithimi:polipodij:flor boraginis añ.℥.ſ.fiat ſi-
rupus cui addat̃ ſucci pomor redolentiū.℥.j.ſ.zu-
chari lib.ij.& in fine aromatizet̃ cū ambra. ¶ Ad idē

Confectio.

eſt cōfectio hmōi preter hoc aliud multa iuuamēta
hꝫ.℞.roſ.rubear.℥.vj.ciperi.ʒ.v.gariofilor:maſti-
cis: ſpice:aſſari olum añ.ʒ.ij.macis:cardamomi:nu
cis muſcate añ.ʒ.j.terant̃ & miſceātur poſt.℞.lib.j.
embl'cor coquat̃ cum lib.vij.aque donec pars ter-
tia remaneat poſtea colet̃ & proijciat̃ ſup eā mel-
lis lib.j.& coquatur vſq̄ ad mellis ſpiſſitudinem.po
ſtea addatur puluis predictus & miſceatur cū ſpa-
tula ſalicis vel citri & aromatizetur cum.℈.ſ.muſci.
¶ Adhuc eſt hoc ex ſecretis galeni.℞.ſeminis aniſi
charabe:corali cōbuſti:xiloaloes puri: ſeminis corlā
dri ſicci:margaritar tritar:vt alchool:foliorū roſ.
ſpodij maſticis oīum añ.auī.iij.mirabolanor indo
rū:cheb.citrinor mūdator a ſuis nucleis añ.auī.
x.turbit albi auī.xij.agarici auī.viij.zedoarie: doro
nici añ.auī.ij.zuchari tabarzet ad pondus omniū te
rantur oīa & fiat puluis.doſis multis dieb⁹ cū aqua
frigida vſq̄ ad.ʒ.v. ¶ Item ad educēdum melācoliā
℞.aloes.ʒ.vij.maſticis.ʒ.iiij.agarici:carthami: poli
podij:epithimi añ.ʒ.ij.folij:caſſie lignee:ſpice añ.ʒ.
j.terant̃ & cribellent̃ & conficiātur cum melle diſpu-
mato.doſis auī.j.cum vino ſi non impedit febris.

Confectio.

¶ Item confectio hec propria ad timorem.℞.triū
piperum ſeminis peonie: galange:zinziberis: ſpice

inde ⁊ romane: ſeminis leuiſtici: carpobalſami: xilobalſami: gariofilorum: aſſari: cimini: cinamomi: ozimi maioris ⁊ minoris: corticum citri ſiccorum: añ. ℥. j. been al. ⁊ rub. zedoarie: doronici: ameos: radicum liquiritie. margaritarum tritarum: vt alchool: charabe corallorum: lapidis lazuli. abluti: ſandaracce: croci: nucis muſcate: lace ariſtolo. ſeminis portulace: ſeminis apij: coriandri: ſete crude inciſe añ. ℥. ʒ. macis: fauf. l ⁊ eſt auelana inda: galie. añ. quartam partē ℥. j. muſci ʒ. ij. terantur ⁊ cribellent ⁊ liniant cum. ℥. ij. olei de amigdalis ⁊ cōficiat cum melle diſpumato doſis ei dic eſt. ʒ. iij.

Capitulum. 9. De debilitate cerebri.

Et dixit Raſis auctoritate Gal. quod cerebrū galinarum multū valet contra tremorē cerebri ⁊ ſepum ipſarum addit in ſenſum. Et dixit Auicen. xiloaloes valde confert cerebro ⁊ conforṫat ſenſus. Et ex ſecretis quidem eſt hoc ⁊ ex experimētis. R. ſalis gēme ſalis maſſe: ſalis nitri combuſti: ſpume maris: baurach albi omnium añ par. j. ellebori albi par. ʒ. condiſi ſtafiſagrie: ſinapis: tartari combuſti añ. par. j. ſulfuris roſ. ſumach: gallarum: alchāne: ſquinātī: praſſij gūmi arabici: olibani: gariofilorum: xilobalſami: lilij: arſenici: aluminis folij: ſpice: nucis muſcate añ par. ʒ. terantur ⁊ cribellentur ⁊ ſoluantur in aqua ſaponis aut in aceto vini antiqui ⁊ conficiantur omnia in mortario ſimul fortiter agitando ⁊ ſit acetum bulliens quando ſoluitur cum ſapone ⁊ fiant trociſci. ʒ. v. vnuſquiſque ⁊ exicetur in vmbra cum ergo trahuntur ad vſum teratur vnus ex eis ⁊ ſoluatur cum aqua calida ⁊ abluatur ex eo caput: ⁊ caueatur ne ex eo cadat aliquid in oculum. ⁊ ſit natura leuis hec etiam conſumit vapores ad cerebrum aſcēdentes ⁊ impugnat catarro.

Cerebrū galline.

Xiloaloes.

Sal. maſſe ⁊ tōc idem.

Ars aſermetis ⁊ eſt ſpēs lilij ſiluēſtris

Capłm. 10. De paraliſi ſpaſmo ⁊ ſimilibus.

Quia ſicut cerebro accidunt egritudines nocentes principaliter cogitatiue virtuti de quib⁹ dictū eſt ſupra. Ita etiam ei cōtingunt egritudines nocētes motiue virtuti ſicut ſpaſmus: paraleſis: mollificatio

Anacardi.

tortura: ⁊ hm̄oi ideo de oib⁹ his dicet. Et de anacardis aūt dictuʒ eſt ꝙ cum ſua calefactione appropietate ſenſus acuūt ⁊ laxationi neruoꝝ cōferunt:

Lac pauceda di ⁊ quid eſt.

Ad oēs egritudines neruoꝝ cōfert multū lac paucedani ⁊ eſt feniculus porcin⁹ ſiue agreſtis bibitum ſiue ſemen eius vel ſuffumigatio ex eis. vel etiā inūctio facta cum lacrima eius ⁊ aceto ſimilr ⁊ ſucc⁹ ei⁹ cum oleo roſ. ⁊ aceto mixtus maximū eſt preſidiuʒ.

Febrē facientia:

Ad inflamandū ſubito corp⁹ ⁊ febrem inducēduʒ ſumat ex aſſa fetida ad quātitatē fabe mane ⁊ ſero. Quod ēt ſubito totū corpus calefacit eſt vſus piperis ⁊ piretri: ſed de pipere quideʒ ſcriptum eſt ꝙ ei nō eſt par ſicut in gūma rute ſilueſtris in calefaciēdo nō eſt par. Ad idem oēs quaſi cōcordati ſunt nigellam eſſe vltimū farmacū.

Purgantia capꝰ ⁊ neruos.

A neruis aūt ⁊ capite educit materias appropietate mirabili que eſt in eo agaric⁹. Idem facit cepe appropietate que ē in ipſo ſolo ſimplici odoratu. Hoc idem facit ſternutatoriū factum ex ciclamine mixto cū melle. Similiter quoq3 operat gargariſma factū ex cortice radicum capparis cocto in aceto ⁊ melle aut ſi cortex ēt maſticet. Et ſi ex radice ⁊ ſemine ſumat vſq3 ad ʒ. ij. cuʒ vino mirifice ſanant. Ad paraleſim multū cōfert euforbiū cum aliquo oleoꝝ iuunctū. Infantes aūt ꝯtritos ſaluberrime ſanat ſemen ſpine albe potui datuʒ. Oleum ēt de maiorana ſcribit eſſe medicamen eius: ſicut ⁊ in tremore oleū de cinamomo eſt mirabile. De iunipero ſcriptuʒ eſt ꝙ nihil eo melius reperit. Ad oēs autē frigidas egritudines neruoꝝ dicit Auli. ꝙ ſirup⁹ de ſticados ē magis

Agaricus.
Cepe odor.
Ciclamen.
Gargariſma
Euforbium.
Semen ſpine albe.
Oleuʒ de maiorana.
Iuniperus.
Sirupus de ſticados.

fumatiu⁹ quare oꝫ aſſidue vti eo qui hꝫ debiles nervos ⁊ qui ex frigiditate in ipſis patitur. ¶ Ad torturam aũt ſpãliter accipiaꝛ nigella ⁊ infundaꝛ ꝑ noctẽ in aceto ⁊ mane teraꝛ ⁊ fiat caputpurgiũ ⁊ teneaꝛ ẽt proxima ſic infirmo vt per nares illaꝫ ſentiat. ¶ Ad idem facit caputpurgiũ cũ roba multũ ꝯfert. ¶ Patiens aũt torturã in domo moreꝛ tenebroſa. ¶ Omnibus aũt egritudinib⁹ predictis ⁊ ſpaſmo cõfert ſerapinũ ⁊ ſcriptum eſt de ipſo ꝙ eſt vna ex melioribus rebus. ¶ Ex expertis aũt proprijs ad paraleſim eſt aſſumptio radicis vitis albe a.ʒ.j.vſq ad.ß. ad plus cum ydromelle. ¶ Ad paraleſim que eſt in vtroq latere cũ nocumẽto ſenſus radix rubee contrita in potu ꝓpineꝛ. ¶ Ad idem aũt eſt mundificatio corporis facta cum cõfectiõe ſerpentarie ſcripta ſupra cap. de ſoda circa fineꝫ. ¶ Et ſuperius ꝓmiſimus ſcribere anacardinã perutileꝫ in hoc caſu qua ẽt cõtinue vtimur que eſt. ℞. zinziberis:piretri:nigelle:coſti:piperis:macropiperis:acori aũ.ʒ.x.foliorum mirrhe rubee:aſſe:gentiane:ariſtolo.bacharuꝫ lauri:caſtorei:aſſe:ſinapis aũ.ʒ.v.mellis:anacardi.ʒ.v.⁊ tertiã inuoluanꝛ oĩa cum oleo nucuꝫ ⁊ cõficianꝛ cum melle doſis ſit granũ lauri. ¶ Experientiã etiã habemus ꝙ aqua roſmarini ſublimata ſm oẽm modum adminiſtrationis multum confert.

Nigella ad torturam.

Ars rob ⁊ e muſtũ coctũ ad ſpiſſitudinem.

ſerapinum.

Radix vitis albe.

Radix rubea.

Anacardine deſcriptio.

Aqua roſmarini.

¶ Capl'm. II. De reumate ⁊ catarro.

Omnis quideꝫ fluxus a quacunq ꝑte ⁊ ad quãcũq partẽ fluat põt dici catarrus appellatiõe cõi lꝫ ſm loquentes catarrus ꝓprie ſit qui a capite defluit ad ꝑtes inferiores ⁊ maxime ad pulmonẽ ⁊ pect⁹. Fluxus vero qui eſt ad nares dr ꝓprie coriza ſicut qui ad fauces diciꝛ brãch⁹. ¶ Ex his enĩꝫ que ꝓferuntur ſi catarrus ⁊ reuma eẽt antiquus eſt vt linianꝛ nares ex myrrha cũ pẽna. ¶ Fu-

De quib⁹ catarrus diciꝛ. ad epi.

mus quoq ſtoracis liquide eſt multum vtilis: licʒ
in corriza ſit vtilimus ſm Auicē. ¶ Storax aūt ſicca
facit ad deſceſum catarri appropriatate antē deſic-
cat catarruʒ. ¶ Sandaraca etiā eſt vehemens. ¶ Ad
idem eſt gargariſma factuʒ cum ſucco foliorū ebuli
Loch. ſm dictum Auic. ¶ Loch hmōi eſt iuuatiuū bonuʒ.
℞. capita papaueris quāta vis ⁊ coquant cū aqua
pluuiali vſq ad cōſumptionē medietatis aq̄ ⁊ ꝯſum
ptioni admiſtreẽ mellis q ſufficit ⁊ coquat iterʒ vſq
Bolus ar. ad iſpiſſationē ⁊ aq̄ ꝯſūptōeʒ ⁊ fiat loch. ¶ Boluʒ āt
armenuʒ affert iuuamētuʒ maximuʒ ſi detur non fe-
brienti cum vino parum limphato febricitanti vero
cum vino multū limphato. ¶ Cum aūt catarrus eſt
Radix dra- cum grauedine: thoracis: radix draguntee: maximuʒ
gontee. confert iuuamētuʒ ⁊ effectum: ⁊ tumorem thoracis
curat nō amplius reuerſuruʒ ⁊ maxime ſi aſſa vel co
cta fuerit accepta. ¶ Ideʒ facit puluis eius radicis
Fum' aſpalti. cum melle mixt'. ¶ Fumus quoq aſpalti multū eſt
vtilis. ¶ Ad reuma quoq ⁊ ſquinātiam ariſtolo. ro.
exhibeat. ¶ Ad oē etiā reuma eſt perutilis fumus
Fum' nigel- nigelle torrefacte ⁊ retente in pāno lineo. ¶ Simil'r
le torrefacte autē ad omne reuma vtilis eſt theil eſt autem theil
Gramen. gramen. ¶ Qđ autē corrizā certiſſime maturat ſunt
Auellāe aſſe auelane aſſe cū pauco pipere. hoc aūt experti ſum'
optimū nā cibātes infirmū de ſero cum eis tantum
ſemel inuenimus ſanatum ſine alio auxilio. ¶ Ex
Suffumigiū proprijs autem noſtris eſt ad corrizam ſuffumiga-
ex lino ad ma tio facta cum lino q etiam valet ad prefocationem
tricis pfoca- matricis. ¶ Ad idem vtimur ſolo odoratu ſtoracis
tionem. que multum confert. ¶ Eandem quoq ſanat flos
Storax. edere coctus cum oleo vel rodano. ¶ Ad exiccan-
Flos edere. dum autem catarrum cum. ℥. j. manne diſſolute eſt
vino facimus caputpurgium quod etiam valet ad
cerebri ventoſitates. ¶ Utimur etiam linimentis di-
Loch đ ſebe ctis ſupra capitulo de debilitate cerebri. ¶ Ad ſe-
ſten ad catar dandum catarrum calidum acutum ſiccum. Su-
rum cali. matur ſebeſten ⁊ coquatur ⁊ fiat loch cum zucharo

lenit enim pectus ⁊ tollit ardorem eius ⁊ catarruꝫ. ¶ Nos autem mendoſe coacti per vnam noctem cu rare occultauimus dantes in hora ſomni vſq; ad .ij. vel .iij. ex pillulis huiuſmodi. ℞. ſtoracis: myrrhe: opij: an̄. cum melle diſpumato fiant pillule ſicut pi per. ¶ In catarro ex flegmate ſalſo inueni peruti le ſuffumigium factum ex ambra: ⁊ etiam eius reten tio in naribus. ¶ Et ad hoc proprie valet imediate receptio pillularum predictarum. ¶ Gargariſma etiam tale operamur. ℞. foliorum plantaginis: oli uarum: endiuie: radicum liquiritie: an̄. coquãtur in aqua decoctione perfecta ⁊ fiat gargariſma.

Pillule.

Suffumigiū ex ambra ad catarruꝫ fleg maticū ſalſuꝫ

Gargariſma

¶ Additiones.

¶ In reſoluendo catarrum recepta poteſt eſſe ta lis experta: vt dicit magiſter. ℞. laudani puriſſimi; quartū .j. maſticis .ʒ. vj. milij .ʒ. ij. pulueriʒanda pul uerizentur prius ⁊ conquaſſanda cōquaſſentur cuꝫ piſtello calido omnia malaſſando cum oleo camo millino ⁊ fiat emplaſtrum ad quantitatem medij pal mi in longitudine ⁊ in latitudine .6. digitorum ⁊ ex tendatur ſuper alutam ⁊ ponatur in parte anterio ri capitis ſuper cōmiſſuram.

Emplaſtruꝫ.

¶ Contra frigidū reuma vel ad alias paſſiones fri. capitis. dentur tres pillule ex pul. caſſielig. ⁊ lauda no confecte intre cerebrum confortant.

¶ Medicamen valens ad fluxum hu. cali. a capite ad pec. ⁊ membra ſubiecta ſtringēdum. ℞. ſeminis papaue. al. coriandri: draganti infuſi: amili: ſucci li quiritie an̄. ʒ. ij. conficiãtur cum ſiru. mirtino ⁊ fiant pillule ⁊ teneantur in faucibus hincinde ⁊ potiſſimū quando dormiet: q: tūc magis reumatiʒat. Et ſi ma teria eſt fri. ℞. maſticis: thuris: myrrhe: nucis cipſſi: ſtoracis: calamite: liquiritie munde: v uarum paſ. in ſubarum an̄. ʒ. j. conficiant cuꝫ ydromelle ⁊ fiant pil lule ⁊ teneantur in ore vt ſupra.

¶ Tractatus tertius pͥmi ſermonis. De diſpōnibus palpebrax̄ ⁊ oculox̄ cōtinet capitula.xiij.

¶ Cap.pͥmū. De recuperatiōe pilox̄ palpebrax̄.

Icemus igitur tam de diſpōnibus coopertorij ꝙ oculi. A cooptorio tanꝙ ab extra magis exiſtenti initiū faciētes ⁊ pͥmo de recuperatione pilox̄ in palpebris circa q̄ mul ta de his que dicta ſunt ſupra capl'o de pilis requirantur. ¶ Et ex prelaudatis pͥo eſt lapis lazuli qm̄ in hoc hꝫ ꝓprietateꝫ. Et ipſum ēt azul bonos efficit illo ⁊ prolongat approprietate quam hꝫ ⁊ in hoc eſt vltimū. ¶ Fumus quoꝙ eleuatus a ligno pini multum cōfert ⁊ experti ſumus de maiori pino. ¶ Cum aūt rubedo ⁊ duritiēs exiſtūt in palpebris ad pilos ipſoruꝫ reſtaurādos bene facit fum⁹.medicinarū ca lidaruꝫ ſicut ſtoracis;ſpice;picis;⁊ alchitram. ¶ Ex cōpoſitis aūt ē h̄.℞.antimonij.ʒ.vj.nuclei dactilox̄ cōbuſti.ʒ.ij.fellis muli.ʒ.ʒ.terant ⁊ cribellent ⁊ adminiſtrentur. ¶ Et dixit Raſis ꝙ ſplen aſini aſſus ⁊ tritus in modū colirij ⁊ liquefactus cum ſepo vrſi ⁊ oleo donec fiat in ſpiſſitudinē mellis ſi ex eo ſupponatur cilio depilato naſcūtur pili. Idem autem videtur de palpebra.

Lapis lazuli

Fumus ligni pini.

Alia lra habet' ātimonij ʒ. vj. nuclei dactilox̄ cōbuſti.ʒ.j.mellis ſolis.ʒ.ʒ.

Splen aſini.

¶ Capitulūꝫ.2. De prohibitiōe generatiōis pilox̄ palpebrax̄ ⁊ rectificatione orbiculi naſcentium.

Icimus aūt ꝙ inūctio facta cum ſanguine boyⁿe vel cū ſan.ranax̄ viridium prohibet ortuꝫ pilox̄ euulſoruꝫ. ¶ Idem facit ſanguis ſerpētis inunct⁹. ¶ Sumat etiā cinis cochliū paruax̄ antiquax̄ ⁊ miſceatur cum alchitrā ⁊ locus inungat ⁊ dūt carnes adurt ⁊ nō teſta. ¶ Oua aūt formicax̄ ⁊ rubigo ferri prohi

San.ranax̄ ⁊ ſerpentis.

Oua formicarum.

Rubigoferri

hēt pilos generari appꝛopꝛietate. ¶ Et Rirādus di- San. veſper-
xit ꝙ hoc facit ſanguis veſpertilionis inunctus. Et tilionis.
ētfel mergi cuꝫ cedria inunct⁹. ¶ Et qñ oꝛbicul'r na- Fel mergi.
ſcitur pilus ponatur cū ſtillo mucilago limatiarum
naꝫ cōglutinat ⁊ rectificat oꝛtuꝫ eius. ¶ Idē quoqꝫ
operatꝰ albumen oui ⁊ maxime mixtuꝫ cum olibano
pingui ⁊ hoc cōfirmat Gal. ¶ Quecūqꝫ autem dicta
ſunt de pilis palpebꝛaꝝ ad pilos ſupcilioꝝ adaptē-
tur adducantꝰ aūt hic ea que adducta ſunt ſupꝛa ca.
de pꝛohibitione piloꝛum.

¶ Gloſa.

a ¶ Accipitꝰ mucilago limatiaꝝ ſic. perfoꝛa carnes ipſarum cum cultello acuto: qꝛ cuꝫ hoc facies exire ab eis humiditatē multuꝫ viſcoſuꝫ que eſt vtilis ad euelleñ pilos palpebꝛaꝝ ⁊ vtere in emplaſtris q̄ ponuntur in fronte ad pꝛohibēduꝫ humoꝛes ad oculos peruenientes.

¶ Additio.

¶ Euellatꝰ pilus additus aut inuerſus in palpebꝛa deinde inungatꝰ locus cum ſang. rane aut pediculi aut catuli canis aut fiat cum ouis foꝛmicaꝝ cōtritis aut rubigine ferri ⁊ ſaliua aut cuꝫ iſto. ℞. ſpume maris ſalis ar. vngule aſine aduſte miſceantur iſta cum aceto foꝛti ⁊ mucilagine: ſemis lini ⁊ locus illiniatꝰ.

¶ Capitulum. 3. De aſperitatibus palpebꝛarum ſcabie ⁊ oꝛdeolo.

Commune quidē eſt in aſperitatib⁹ palpebꝛaꝝ in cura ipſaꝝ vt fricentꝰ cuꝫ teſta ſepie quouſqꝫ ſanguis egrediatꝰ: naꝫ poſtea alie medicine efficacius operantur. ¶ Et ex pꝛelaudatis auxilijs eſt lapis ematitis teratꝰ autē ſubtiliſſime hoc vult Gale. de lapide cū ad vſum deductꝰ. miſceatꝰ aūt cū melle ⁊ lacte mulieris ⁊ fiat inunctio. Gal. dixit ꝙ eo ſolo vti poſſum⁹ aſperis factꝫ palpebꝛis ⁊ ſiquidē ſiones

Teſta ſepie.

Lapis ematitis.

ſint facte per omnē remiſſionē facies vel magis ꝑ decoctionē fenugreci. Si vero ſine flegmone ꝑ aquā vitellum oui crudū cum lana impoſitū palpebris inflatis flegmonantibus eſt vltimū.

Radix albech.

¶ Et radix etiā albech: ałs altee illos reſoluit.

Flos eris.

¶ Similr quoq; ⁊ ē flos eris ſiue viride eris diſſolutū cum aqua mellis aſperitates aufert: ſ; tunc ſpōgia cum aqua calida ſupponat̄ oculo. ¶ Idem operatur ⁊ ſquama eius ſimiliter preparata. ¶ Gal. dixit ꝙ cōgrue ꝑ ipſum cōficientes collíria .ſ. ꝑ florē eris mundificam⁹ ⁊ cōſumimus magnas aſperitates palpebraꝝ.

Sinapis.

¶ Sinapis trita ⁊ mixta cū melle ⁊ aqua illas ſanat. ¶ Si vero vlceratio ſit ſcabioſa in palpebris emplaſtrū ſuper oculo fiat ex camomilla decocta.

Ad ordeolū.

¶ Ordeolū vō qđ eſt apoſtema ſimile ordeo qđ ſit in palpebra optime

Serapinum.

ſanat ſerapinum cum aceto diſſolutū ⁊ inunctum.

Formice.

¶ Et dixit Ricardus cōes formice decapitate ⁊ atrite ⁊ in palpebris poſite ordeos ſanāt. Silr autem ⁊ cāpeſtres que frumētum comedunt celeriter ſanāt.

¶ Cap. 4. De liuoribus circa oculos factis ꝓpter percuſſionem vel aliam cauſam.

Aloes.
Aſſa.
Ciminum.
Maiorana.

Aloes mixtum cū melle ⁊ ſuꝑlinitū tollit liuores. ¶ Idem operat̄ aſſa mixta cū oleo ⁊ ſuppoſita. ¶ Ciminū quoq; coctum cum melle ⁊ paſſulis tollit optie illas maſticantes miſcēdo ¶ Maiorana cum melle trita ⁊ ſuperemplaſtrata ſanat.

Ameos.
Rafanus.
Pulegium.
Alleum.

¶ Ameos mixtum cum melle ⁊ paſſulis ſanat. ¶ Rafanus ſimiliter mixtus ⁊ ſuperpoſitus idem facit. ¶ Pulegium coctum cum ruta ⁊ ſuperemplaſtratū ſanat. ¶ Alleum eodem modo ſuperemplaſtratum ei ſanat. Idem facit ſi cum melle miſcet̄. ¶ Liuorem etiam ſi ſit in oculis propter ſanguinem curat yſo-

yſopus.
Auripigmētū

pus in aqua coctus ⁊ ſuꝑemplaſtrat⁹. ¶ Sanguinē etiam qui eſt ſub oculis mortuum tollit auripig-

mētum. ⁋ Alkitrā autem ſolum linitū tollit illos. ⁋ Caſeus recens aſſatus ſuppoſitus ſanat. ⁋ yſop⁹ cocta ⁊ ſuꝑemplaſtrata ſanat. ⁋ Sal quoq; vſtus ⁊ ſuꝑlinitus cum melle liuores tollit ⁊ vīr remouet nigredinē ſanguinis in quacūq; parte ſit corporis. Auic. teſtāte. ⁋ Acetū quoq; mixtū cū melle idē operatur tñ eius ſuꝑfluus vſus viſum debilitat.

Alcbitram. Caſe⁹ recēs. yſopus. Sal vſtus. Acetum.

⁋ Capitulū quintū. De ꝯfortando viſū noctilope.

Attendētes de diſpōnib⁹ viſus tractare ⁊ oculi primo quidē bonificātia viſū dicem⁹ poſtea de egritudinib⁹ q̄ fiunt in oculis ſequētes Gale. pceptum ꝙ ſemꝑ inchoandū eſt ab eo ꝙ melius eſt. ⁋ Et ſuccus quidē acori ⁊ eſt gladiolus imiſſus oculis oculum clarificat ſiue viſū: ⁊ abſtergit omne qđ corā pupillis aggregat ⁊ tollit obſcuritatem viſus ⁊ viſū acuit. ⁋ Succus cucumeris maioris coctus cū melle i vaſe eneo ⁊ colirizat⁹ in hoc valde confert. ⁋ Ad acuendū aūt viſū ſuccus feniculi ſiue herbe ſiue ſeminis ſiue radicis eſt magni iuuamēti. ⁋ Idem oꝑatur ſi quotidie ſumat betonice. ʒ. aꝛ. ʒ. j. cum aqua tepida ieiuno ſtomacho. ⁋ Gariofili ⁊ cinamomū valde conferunt: ⁊ hoc appropetate agūt: ſicut ⁊ marchaſita abſtergēdo: ⁊ hec hꝫ ꝓprietate. ⁋ Ruta comeſta acuit viſum ⁊ magis operatur ſuccus eius mixtus cum ſucco feniculi colirio inde facto. ⁋ Cōfortat aūt viſum coliriū factum ex ſucco cuiuſlibet ſolatri preterꝙ ſolatri mortalis que communiter vocatur faba inuerſa. ⁋ Cum autem eſt obfuſcatio viſus propter ſanguinem congelatum in oculo ex ſale mele ⁊ oleo fiat emplaſtrū aut ex cinere alei mixto cum melle: melius oī alio eſt ſuccus ſalicis vt teſtat Gale. Imo obfuſcatiōes que fiūt corā pupilla abſtergit optime humiditas que egreditur a ſalice cum

Gal. c.ñ. Acorus. Succ⁹ cucumeris maioris. Succ⁹ feniculi. Betonica. Gario. Cinamomū. Marchaſita. Ruta. Solatrū. Solatrū mortale faba inuerſa a nonnullis dicit. Succ⁹ ſalicis ⁊ gumi eius.

incidit ⁊ in hoc eſt gũmi eius cõferens valde. ¶ Et dixit Raſ. ꝙ collyriũ factum ex ſepo capꝛaꝝ ſilueſtrium cõfert patientib⁹ tellã oculoꝝ. ¶ Et idẽ facit fel capꝛaꝝ domeſticaꝝ. ¶ Deinceps autẽ experta noſtra ponãt ⁊ caliginẽ ⁊ debilitatẽ viſus iuuat ſi oculus colirizatur ex felle taurino. Raſ. dixit ex felle vacce nigre quare hoc puto melius. ¶ Aut ſi ex puluere facto ex quodã duro ſimili amilo ꝙ inuenit in chꝛiſti fellis ipſum naribus inſufflet. Nam idem operat loco cuius hoc modo in vſuz ponim⁹ duplum fellis. Juuamus autẽ caliginẽ que ꝓuenit ex ſuꝑflua humiditate cum collirio ex oleo antiquo ⁊ melle facto. ¶ Sanauim⁹ autẽ debilitatẽ viſus factam ex diſgregatione ſolum ex collirio huiuſmodi. ℞. humiditatẽ epatis yrci aſſati in furno demũ. ℞. puluerez ſubtiliſſimi: piperis longi: ſucci roſmarini exiccati aũ. partẽ tertiã: acatie: ſief memithe aũ. partẽ quartã infoꝛmet ſief diſſoluat ſuꝑ cotte aut ligno olibani cũ aqua roſa. ⁊ lacte aut ſucco extremitatuz vitis clarificate ꝓut meli⁹ poterit fieri ⁊ colirizet. ¶ Exacuit autẽ viſuz hoc. ℞. gariofilate betonice feniculi herbe adil oium. aũ. zuccari quãtum ſufficit ẽm quãtitatẽ vini citonioꝝ qd debet miſceri. ¶ Ad idẽ. ℞. feniculi: rute: domeſtice: ⁊ agreſtis: eufragie: berbene: celidonie: capilli ve. endiuie aũ. ℳ. j. aque roſate vrine pueri virginis vini albi clari ⁊ aroma. quãtũ ſufficit terant terenda ⁊ miſceant cum alijs ⁊ ponantur in elambico ⁊ ſublimetur ide aqua que ſic diſtillata ſeu ſublimata. ℞. aloes ſuccotrini tutie coꝛticum ꝓugir aũ. ℥. ʒ. fit aũt repꝛeſſa tutia nouez vicibus fiat puluis qui miſceatur cum pꝛedicta aqua: poſtea teneatur ad ſolẽ per nouem dies ⁊ ꝑ nouem noctes ad ſerenum ⁊ poſtea in colirijs vſui reſeruetur. ¶ Colirium ad idẽ. ℞. tutie pꝛeparate ꝑtes. ʒ. aloes ſuccotrini boni ſarcocolle aũ. par. cuj. poꝛoſe par. quartaz cãphoꝛe par. vj. aque roſa. quadruplum omnium miſceantur ⁊ agitentur

Sepũ capꝛarũ ſilueſtr. ũ.
Fel capꝛarũ domeſticarũ.
Fel thauri ⁊ vacce nigre.
Collirium bonum.
Adil. i. eufragia.

tentur ꝛ teneantur in ſole ꝛ vſui reſeruentur. ¶ Ad
idem multū v3 aqua nr̄a experta que infra dicetur
quādo de reſtauratione lachrimarū dicetur.

¶ Gloſa.

a ¶ Eufragia herba cali. ꝛ ſic. ꝛ h3 ꝓprietatē ꝙ qn̄
pul. ei⁹ cū ru. ouorū recipitur vel vino facit oculum
iuueneſcere ꝛ ꝓdeſt viſui debili ꝛ fidedigni fecerūt
in ſeipſis: q̄ vix videre poterant: poſtea peruene-
runt vt minimas litteras legerent ꝛ vinū ipſius ſi-
ne dubio non h3 par in viſum confortando.

¶ Capl'm ſextū. De ꝓhibitione fluxus materie-
rum ad oculos.

Ex his eſt caro melonis fronti empla- Caro melōis
ſtrata materias eā defluentes repercu
tit. ¶ Si aūt ſumaē ſucci radicū grami
nis vini ꝛ mellis. aā. par. j. myrrhe par.
ʒ. piperis ꝛ olibani. aā. par. iij. ꝛ coquaē
ꝛ teneatur in vaſe eneo multum cōfert. ¶ Cōfert ēt
ſi colirizetur. poteſt etiā ipſum gramen decoqui cū
melle ꝛ vtriuſq; ſint partes equales ꝛ miſceatur cū
ꝑdictis ꝛ fiat colliriū vel emplaſtreē. ¶ Confert etiā
hoc ad oēs cauſas oculi. ¶ Oēm etiam fluxū humo
rū ꝓhibent mucilagies limatiarū mixte cū aloe myr Mucilago li
rha vel olibano vel cum oībus vel pluribus ex his matiarum.
vel etiā ſole timporib⁹ applicate. ¶ Panis quoq;
cum pauca raufedie maſticatus ſiſtit ꝛ maxime hoc
in corporibus mollibus optatur. ¶ His autē ꝑdcis
nr̄a experimēta admiſcemus cōia ſtiptica: ſicut aca-
tia bolū ꝛ ſilia: ꝛ nō minus. imo magis inuenimus
iuuatiua. ¶ Kirandus dixit. ℞. ſucci corrizole ꝛ litij
indici. aā. ʒ. vj. mirrhe croci thuris optj. aā. ʒ. iiij. aca
tie nigre. ʒ. xij. aque pluuialis vel vini ꝙ eſt melius
ʒ. v. terantur terenda ꝛ miſceantur ꝛ teneatur ī va-
ſe vitreo. hoc enim ad oē reuma ꝛ oēs oculorū paſſio
nem ꝛ hebetudinem viſus eſt precioſum.

¶ Additiones.

¶ Aqua pro oculis ſm magiſtrū Angelū. ℞. aque celidonie aque roſ. aq̄ feni. aque eufragie: an̄. ℥. iiij. deſ pa. rubedinē ſiue grauedinē nō multum fortem ⁊ hoc cū dolore vel ſine ⁊ quibus non poſſunt lucem videre.

¶ Maſtix ⁊ olibanum bulliāt in vino al. ⁊ aliquantulum ſtip. ⁊ in olla bene coopta ⁊ cū argilla vel paſta bene ſigillata ne fum⁹ euaporet facta vehementi decoctiōe diſcoperiatur olla ⁊ pa. inclinato capite ⁊ vndiq̄ copto fumum recipiat ipſi ēt vino lauentur oculi ⁊ tota facies irroret hec eadē valent contra dolorem oculoꝝ ex fri. cā factū probaui in. d. Aloyſia cui lachrimabant valde oculi ⁊ maximum honorem adeptus fui.

¶ Aqua ad ſtringēdū lachrimas ⁊ leuamen ſang. ℞. cāphore: tutie: an̄. ʒ. ij. aluminis: zucharini: cupri roſe: aloes: epatici an̄. ʒ. j. pulueriſent hec ⁊ ponant in duob⁹ ciatis vini boni albi ⁊ clari deinde pone i oculis: ſed prius pone ad ſerenū per dies tres.

¶ Capitulū. 7. De dolore oculorum.

Coriandrum. Ex hijs que cōferunt in magno ⁊ pulſatiuo dolore multū eſt coriandrū imiſſū cum lacte qd̄ ſm Serap. facit ꝑꝑ multā
Abſinthium. virtutē que ſibi in repercutiēdo adeſt. ¶ Multū ēt ad idem vz abſinthiū coctū cū paſſis ⁊ ſupemplaſtrū ⁊ hoc ſepe ꝓbauimus. Et ēt euaporatio facta cū decoctiōe eius ſolū cū
Lachrim⁹ mādragore. vino. ¶ Emplaſtratio ēt eſt vtilis qn̄ cum ſolo vino coquit. ¶ Lachrimus ēt mandragore mixtus cum alijs medicinis ad hoc cōuenientibus ſedat dolorem
Pulmo leporis. ſuperfluū. Qd̄ idē operat emplm̄ factum ex folijs eius teſtante Aui. ¶ Pulmo leporis ſuperpoſitus
Caro pepōis ⁊ ligatus mirifice illum tollit. Et dixit Kirandus q̄ ēt tumores oculoꝝ tollit minutiꝫ inciſus. ¶ Caro pe-

ro peponis alligata fronti mitigat miro mō. ¶ Folia quoꝗ betonice trita ⁊ emplāta ſuꝑ frontē mirabiliter ſanāt: imo ⁊ oībus vicijs oculoꝝ poſita ſunt cōferentia. ¶ Cum autē dolor eſt a ꝑcuſſione vitellū oui cum attramēto ⁊ oleo roſ. eſt optimū. ¶ Et hoc quidez nos experiētes iam pauco tꝑe magnū dolorem a ꝑcuſſione ſanauim⁹ ſic miſcē(n)tes vitellū. ¶ Ad idem valet qđ infra ſcribit cap. de cura albuginis de teſticulis gruis auctoritate Raſis ⁊ ēt valet ad plagam ipſoꝝ. ¶ Si autē pupilla ꝑcuſſa fuerit: aqua ⁊ fruct⁹ ſalicis ſuꝑponant ⁊ ſanant. ¶ Experti quoꝗ ſum⁹ ſuccuz coriādri mixtuz cum lacte mulieris aut ipſius aquā ſimil' preparatā coltirizatam oculorum dolorem vehemētem pulſatiuū ſedare.

Folia betonice.

Teſtes gruis

Succus coriandri.

¶ Capitulum octauum. De optalmia ⁊ lippitudinibus oculorum.

Acatia.

AD oēs tumores ⁊ vulnera cōfert acatia qñ cum alijs medicinis miſcetur oculi ſicut ēt circa oēs egritudines tutia confert. ¶ Pulegiū deſiccatū ⁊ puluerizatū ⁊ oculis coltirizatū ⁊ maxīe montanū nimium confert. Et hoc experti ſumus frequenter. ¶ Reſoluitur autem obtalmia ſi ſuper decoctionem ſticados arabi, oculus vaporetur ꝙ eſt vtile ⁊ experimento didicimus. ¶ Et dixit Raſis ꝙ vrina pueri virginis ſi calida ⁊ cum bombace ⁊ more emplaſtri ſuperponatur oculo quuz patitur quaſi apoſtema aut rubiginem mitigat. ¶ Et ex exꝑtis noſtris eſt vt folium coquatur cum vino ⁊ cum eo calido apoſtema liniatur. ¶ Molificamus autem apoſtemata calida oculi taliter. ℞. ſucci melliloti ⁊ rob añ. coquant adinuicē ⁊ oculus fomētet. Qđ ſi ſedatōez maiorē volum⁹ addim⁹ vitellū oui. Et ſic adhuc magis: addim⁹ ſemē papa. Qđ ſi magis ad mollificationem intēdim⁹: fenugrecuz ⁊ ſemen lini ⁊ pulue-

Pulegium.

Sticados ar.

Urina pueri virginis.

Folium.

rem molendini. hoc quidem vꝫ in apoſtematib⁹ teſticuloꝛuꝫ lꝫ in illis foꝛtioꝛib⁹ egeam⁹. preſupponimus autē non tantuꝫ in cura apoſtematū: ſed in oī egritudine cōueniēs regimen per dietā. ⁊ vꝭes purgationes: vel eñones coꝛpoꝛis ꝑ medicinas. hic aūt

Can. cōis.

fit canon cōis in cura cuiuſlibꝫ egritudinis taꝫ preterite ꝙ future. Et qꝛ lipitudines in obtalmia ſequunꝭ: ideo in cap. codeꝫ de ipſis dicam⁹. ¶ Plus aūt alijs medicis lipitudinē expellit ſarcocolla nutrita ⁊ maxime mixta cuꝫ amilo ⁊ zucharo albo ſiꝭ ⁊ inde fiat alchool. Nutrimus autē ipſam ſic opantes ponentes ipſam in lacte aſine ⁊ quinq; dieb⁹ dimittentes ipſam ibidē quacūq; die lac permutātes: aut ēt in albumine oui ſimiꝭr preparantes terimus aūt ipſam ſarcocollam prius.

Sarcocolla ⁊ modus eā nutriendi.

¶ Caplm. 9. De cura vlceris ⁊ veſice oculi.

Sanat autē oīa vlcera ⁊ veſicas pompholix ſm Gale. in. 9. ¶ Ex propꝛijs autē eſt quū eſt vlceratio in coꝛnea vt ſumaꝭ gūma ruthe agreſtis conficiaꝭ cuꝫ melle ⁊ colliriꝫeꝭ oculus. abſtergit enim ⁊ exiccat ⁊ pꝛohibet ſuperfluitates ad ipſum. ¶ Idem operaꝭ lac lactuce agreſtis ⁊ abſtergit. Et lac domeſtice eſt ei pꝛopinquū. Dictū eſt ſupꝛa qūo camomilla decocta ⁊ oculo emplaſtrata ſanat ſcabiem oculi vlceroſam.

Pompholix ē fuligo tectis adheſa vbi metalla funduntur.

Gūma ruthe agreſtis.

Lac lactuce. agreſtis.

Camomilla ſca. ocu. vlceroſam ſanat.

¶ Caplm. 10. De cura albuginis ⁊ aliarum macularum oculi ⁊ egreſſu oculi ⁊ toꝛtura.

Et quia albugo eſt veſtigiuꝫ vlceris poſt cōſolidationē decet poſt curā vlcerū de ipſius cura dicere. ¶ Quod ergo abſtergit oēs maculas ⁊ cicatrices que fiunt ī oculis ēt a ꝑcuſſionib⁹: ⁊ eas q̄ remā-

ferunt poſt cōſolidatiōez vlceꝝ cornee: eſt vt admi-
ſceatᷣ alkitrā in colirijs cōuenietib⁹. ¶ Ad hoc idez
facit ziniar: ſed lacrimas ꝓuocat. ¶ Gal. dixit in. 7.
ꝙ flores ieſemini ſbtiliāt oēs cicatrices ocloꝝ. ¶ Et
Kirādus dixit ꝙ ſolus ſucc⁹ brāze vrſine albuginē
tollit. ¶ Hoc idem facit lac endinie. ¶ Et ꝓprietas
acori abſtergit ⁊ eā ſubtiliat. ¶ Idez facit ſterc⁹ yrū
dinuz ⁊ eſt mirabile. Et ſterc⁹ ſtellionis ⁊ lacerti ⁊ co
codrilli. ¶ Et Raſ. dicit ꝙ lūbrici iuncti in corpore
hoīs ſiccati ⁊ ꝯtriti: in oculo poſiti. tollūt albuginē.
¶ Et dixit ſi meſtruū mulieris anteq̄ virū cognoſcat
miſceatᷣ cū ſpermate viri ⁊ īponatᷣ: albuginez tollit.
¶ Et dixit ꝙ ſterc⁹ primū pueri cū ſtatim eſt natus
ſiccū ⁊ inſufflatum idem facit. ¶ Et dixit ēt ſtercus
pueri ſiccuz cōtrituz ⁊ cū ſalgēma mixtū ⁊ cum mu-
ſco inſufflatū oculos beſtie ſanat de albugine: ⁊ idez
ēt ſine illis per ſe ſoluz opatur. ¶ Ad idem ēt ope-
ratur cinis oīs oſtrachi cum carne ſua vſta ablutus
⁊ eniz illā delet. Et idez de groſſitudine palpebraꝝ.
¶ Veſtigia quoq̄ oculoꝝ itaq̄ ēt aīalium. Flos pa-
paue. cāpeſtris abſtergit veſtigia que exiſtūt ſub la-
crimali. ¶ Raſani aqua imiſſa delet ⁊ viſuz ꝯfortat.
¶ Citrinitatē ⁊ hictericā ipſoruz tollit acetoſitas ci-
tri ſi ex ipſa oculus colirizatus ſit. ¶ Pānum autez
tollit ſi piper longū aſſature epatis capͬ miſceatur ⁊
fiat colirīū immo talis aſſatura comeſta ⁊ inclinatio
ſup vaporē eius cōfert. ¶ Egreditᷣ quoq̄ pupilla: ⁊
ēt oculus ⁊ tūc fiat empl'm cuz farina fabaꝝ: roſis:
thure: ⁊ albumine oui. ¶ Ad idem aūt ⁊ ex proprijs
ēſt fomentuz factū ex ſucco folioꝝ oliue ⁊ precipue
ſilueſtris aūt cū aqua decoctiōis ipſoꝝ. ¶ Et q2 cō
tingit oculos quandoq̄ eſſe tortos maxime etiaz in
infantibus addimusq̄ in caſibus huiuſmodi fiat al
chool cuz antimonio ⁊ roba. ¶ Ex proprijs ad ve-
ſtigia vlcerum que poſt cōſolidationē remanent eſt
vt ſuccus foliorū dragontee depuretur ⁊ ex eo ocu
lus colirizetur.

Alkitrā.
ziniar.
Flos ieſemi.
Suc. brā. vr.
Lac endiuie
Acorus.
Sterc⁹ yrūdi.
⁊ ſtellionis.
Lūbrici iuuē
ti in corꝑe ho
minis.
Meſtruum
mulierꝫ ⁊ ſp-
ma viri.
Sterc⁹ pueri
nouiter nati.
Cinis oſtra-
chorum.
Flos papa.
cāpeſtris.
Aqua raſani
Acetoſitas ci
tri ad citrini-
tatem oculi.
Epar capͬ aſ
ſuz cū pipe.
Conferentia
ad oculi ⁊ pu
pille egreſſū.
Succ⁹ folioꝝ
oliue ſilueſtrꝫ
Ad oculi tor
turam.
Ad veſtigia
vlcerum.
Succus fol.
dragontee.

¶ Additio.

¶ Exꝑimētū vrſonis ad extrahēduꝫ ſan. ⁊ maclaꝫ ⁊ pānuꝫ de oculo. Accipe ꝑſicariam ⁊ diſiūgas mē-bratim per nodulos ſuos ⁊ per noctem in albo vi-no dimittas ⁊ vinum de nodulis exprimas in oculō ſuper parte pa. donec ſanetur.

¶ Capl'm II. De pruritu oculi ⁊ lachrimis.

Succus cepe

Pruritum igit̄ oculi qui fit a flegmate ſalſo ſedat ſuccus cepe mixt⁹ cum tu-tia ⁊ impoſit⁹ in quo mirifice prodeſt acatia mixta cū medicis oculi. ¶ Mul-tum autē prodeſt corroſionib⁹ lachri-malibus fum⁹ eleuatus a ligno pini.

Fumus ligni pini.

Aloes.

¶ Pruritū ēt tollit aloes cuꝫ vino mixtū ſm quoſ-dam: exicat eniꝫ oēm humiditateꝫ eius. ¶ Contingit autē qñq3 fieri tales aſperitates: ⁊ pruritus cū apate calido: ⁊ tunc quidē ꝑceptū eſt vt fricet̄ ſup cotte la-

Lap. ematitis

pis ematitis cū albumine oui ⁊ imponat̄. ¶ Si autē pruritus ⁊ aſperitas ſint ſine apate. fricet̄ cuꝫ aqua tempate quantitatis ⁊ ſi infirm⁹ bene tollerat ſemꝑ ponat̄ ſpiſſius: in fine aūt ſic ſpiſſiuꝫ ponat̄ vt poſſit

Ad fluxuꝫ lachrimaꝝ puluis corali ru.

ſtillo colligi. ¶ Lachrimaꝝ aūt fluxui eadeꝫ ꝯferunt ſꝫ hec puluis corali rubei fortiter opatur ⁊ ſtringit. ¶ Nos aūt mirabilē expientiaꝫ in hoc habem⁹ caſu cū aqua cū qua paucis immiſſionib⁹ more colirij ⁊ la-chrimas ſtringim⁹ ⁊ rubores abſtulim⁹ ⁊ prurituꝫ ⁊

Aqua mirabilis.

fuit mirabilis effect⁹ eius. ¶ Sumat̄. n. herba que dr̄ pes columbin⁹ ꝯtundant̄ ipſius tres manipuli de-ſuper ꝓijciat̄ pulueris tutie. ℥. ij. ſalis cōis albi trī-ti pulucrizati. ℥. j. vini boni clari due fiale cōquaſſen-tur ⁊ vſui reſeruet̄ hoc virtute ſua inter ſecreta nr̄a

Urina pueri.

ſeruam⁹. ¶ Cōfert ēt in hoc caſu vrina pueri ſicut de ea ſcriptū eſt ſupra cap. de obtalmia. ¶ Experti aūt ſum⁹ ſubito fore iuuatiua in pruritu ⁊ lachrimis ⁊

Sticados.

in lippitudine euaporationē factam ex ſticados de-

toctione quā in nobis ⁊ alijs experti ſumus. ¶ Ex-
perti quoq; ſum⁹ ꝙ ablutio infuſionis aloes in vi- Aloes.
no aut aqua roſ. aut ſucco feniculi ꝑparati abſter-
git oculos: viſum addit: ⁊ ſtringit lachrimas.

¶ Capitulū. 12. De deſcenſu aque ad oculum.

Omnia que dicta ſunt de deſcēſu reu-
matis ad oculos ſunt cōia in hoc ca-
ſu: iuuatiua tñ vt moris eſt nūc expo-
nemus laudata ab auctorib⁹ deinde
ꝓpria. ¶ Cum igiť aqua deſcendit ad
oculos ⁊ maxime ꝓꝓ groſſos ⁊ viſcoſos humores ſe- Serapinum.
rapinuꝫ eſt vna ex melioribus medicinis. ¶ Ad hoc
idem cōfert colliriū factū ex ſucco ciclaminis diſſolu- Succus cicla
to cū melle ꝙ ēt viſum acuit. Ideꝫ ēt operať ſternu- minis.
tatoriū cum eo factū. ¶ Confert aūt colliriū factū ex Succus roſ-
ſucco roſmarini diſſoluto cuꝫ melle. ¶ Idem etiam marini.
operať caputpurgiū factuꝫ ex ſucco hireos vel eius Succ⁹ hireos
oleo cū nigella: ſed hoc maxime cōfert in prin. egri-
tudinis. ¶ Valet ēt ſuccus cepe qđ comediť cū mel- Succus cepe
le mixtus ⁊ colliriȝat⁹. ¶ Si quoq; fiat alchool ex ce-
rebro yrūdinis ⁊ melle ⁊ hoc in prin. egritudis ſimul Cere. yrūdis.
tum cōfert: ⁊ hoc expert⁹ ſum. ¶ Idem operať cere- Cerebrū veſꝑ
bruꝫ veſꝑtiliōis ⁊ ſiľr ꝑparatū. ¶ In hoc ēt caſu fel tilionis.
ſcorpionis marini aut teſtudinis marine eſt magne Fel ſcorpiōis
virtutis colliriȝat⁹. ¶ Ex noſtris autē expimētis eſt marini ⁊ teſtu
caputpurgiū factū ex felle thauri ⁊ ſucco ficle aut ſo- dinis.
lus puluis cuiuſdā duri inuenti in kiſti fellis thauri Caputpurgiū
naribus inſufflatus. ¶ Hoc quoq; caputpurgiū fa- nrm expertum.
cimus. ℞. ſucci blitis: ſucci radicum acori: ſucci ru- De duro in
the omnium depuratoruꝫ aā. ⁊ ex eis fiat caputpur- kiſti fell' thau
gium. ¶ Sacellationibus quoq; talibus vſi ſumus ri inuento.
ad oculum. ℞. ſpice: aloes: macis: croci: ciperi: pipe- Sacculus.
ris: nucis muſcate: aā. fiat puluis groſſus ⁊ saccu-
lus impleatur quo oculus ſacelletur. ¶ Colliriū no- Colliriū nrm.
ſtrum. ℞. ſucci feniculi: ſucci radicum acori: ſucci ra-

dicum roſmarini omniu3 depuratoꝝ añ. aggregētur cu3 tanto melle diſpumato quātū ipſa ſunt ⁊ fiat coliriu3. ¶ Qđ ſi caliditas aliqua apparet in oculo addebam⁹ albumen oui cu3 ſucco pomi ⁊ aqua roſa.

Secretum Gal.

¶ Secreto vtiq Gale. vtebamur hmōi. ℞. epithimi aur. x. ſeminis pꝛaſſij: ſticados: myrrhe: ellebori nigri: camedreos: macropiperis: oium añ. ʒ. iij. ſquille aſſate: euforbij: aloes: croci: gentiane: petroſilij: armoniaci: oppoponacis oium añ. aur. j. polij: cimini: ar cinamomi: myrrhe: ſpice: folioꝝ ſquinanti: calamēti fluuialis: ariſtolo. lon. oium añ. aur. ij. terant terenda ⁊ cribellent ⁊ gume in vino boni odoris diſſoluant ⁊ conficiant cum melle diſpumato q ſufficit ⁊ recondat in vaſe vitreo ⁊ ſumat antiq̄ti. doſis huius medicine eſt aur. iiij. ⁊ plus ⁊ minus ſm quantitatem virtutis.

¶ Additio.

¶ Aqua ad catarractas. ℞. aque pꝛo oculis deſcripte ſupꝛa ca. 6. ℥. ij. in ea decoquant gar. ſarcocolle rubee añ. ʒ. j. piperis. ℈. j. fellis bouis. ʒ. j. ʒ. ſerapini. ℈. ʒ. ⁊ bulliant ſit ⁊ colet mane ⁊ ſero oculis imponat.

¶ Capitulum. 3. De fiſtula lachꝛimali.

Solatrum. Lac lactuce ſilueſtris. Folia maluauiſci cū ſale.

ET dixerunt quidā veteres q ſolatrū illas fiſtulas ſanat ⁊ nō dubitamus quin velit q poſt expꝛeſſionē ipſaꝝ ſucc⁹ ſolatri clarificatus imittat. ¶ Ad qđ confert lac lactuce ſilueſtris imiſſe. ¶ Nos pꝛecipim⁹ maſticare folia maluauiſci cū ſale ⁊ ſuppont ⁊ multū cōtulerūt. ¶ Expert⁹ quoq fui in cōite goritie q patiebat hāc egritudinē ⁊ cū hac cura pſeruatus eſt longo tpe. ⁊ pſeruat quilibet vtens ac ſi ſanus ſic cōputat q ſanus ſit. pmat ſanies cu3 digito quouſq tota ſanies videat egreſſa deinde in lachꝛimali tres vel quattuoꝛ gutte infraſcripti medicamis imponant; ſpaciū vero paruū inter guttā ⁊ guttam

ponētes ⁊ infirm⁹ poſt immiſſionē iaceat p duas vel tres horas ⁊ cōtinuet hoc p vnā ebdomadā: exiccabitur.n. fiſtula vt ſana videat. ⁊ multis menſibus ſic manebit. ⁋ Modus aūt medicine. ℞. aloes: thuris ſarcocolle: ſan. draconis: balauſtie: antimonij: aluminis zucharini oīuʒ aā. ptes equales ʒiniar ꝯtum eſt quarta ps vni⁹ ſiat ex eis tritis ⁊ cribellatis ſiet quā neceſſe fuerit diſſoluat ex eis in aqua ⁊ vſui aptet vt dictum eſt. ⁋ Infra etiaʒ aliqua vtilia inuenient vbi ſermo fiet de fiſtulis.

¶ Tractatus quartus pmi ſermonis eſt. De diſpoſitionibus narium ⁊ cōtinet capitula. iiij.

¶ Capl'm primū. De fetore ⁊ vlceribus narium.

Reauit igitur de⁹ olfatiue virtuti vel potētie ſicut ceterī potētijs ſenſitiuis organū ꝓpriū ſ. capita mamillaria cerebri que ſupra foramina narium ſunt debite collocata vt olfabilis qualitas ſimul attracta cum aere inſpirato ad ea veniēs pcipiat p illa. ⁋ Et ſcitū quidē eſt ꝙ colliriū factū ex ſucco radicū hireos fetorē nariū tollit. ⁋ Confert aūt vt patiēs os plenū aqua teneat ne aliquid medicaminis ad ipſum trāſeat ⁊ tunc naribus inſuffleẽ ʒiniar cū ſale armoniaco alumine ⁊ aceto ꝙ ētidem ſanat vlcera mali moris in ipſis. ⁋ Confert aūt fetori nariū ⁊ oī putredini que in illis exiſtit ciperū inſufflatū. ⁋ Aloes quoq pulueriʒatuʒ ⁊ naribus inſufflatū vlcera nariuʒ ſanat ⁊ cōfert etiā cōcuſſioni nariū. ⁋ Cancroſa aūt vulnera ⁊ corroſiua nariuʒ ꝓhibet ſucc⁹ vue ſerpētarie immiſſus naribus cuʒ lana vel ſpongia. ⁋ Idem aūt opaẽ ⁊ eius ſemen. ⁋ Gale. dixit ꝙ vrina aſinoꝝ eſt ex melioribus lauacriuis ⁊ infuſionib⁹ ad fetorē nariū. ⁋ Nos aūt expti ſum⁹ ꝙ ſi tollat ſucc⁹ folioꝝ ⁊ extremitatū ede

Succ⁹ radicī hireos.

Caū. cōis ⁊ ē ab Aui. qnta tertij. cap. 3.

Aloes.

Succus vue ſerpentarie ⁊ ſemen.

Vria aſinoꝝ.

Succ⁹ folioꝝ edeẽ arboree.

[library stamp]

re arbozee faciētis nigrū ac magnū ſemē ⁊ trahaẗ in nares cōfert in vlcerib⁹ veteratis in eo ⁊ ſilr in aurium vlcerib⁹. ¶ Multa aūt ad iſtud capl'm poterūt trahi de his que dicenẗ in cap. de vlcerib⁹ vel tractatu. ¶ Ex ſucco quoqꝫ cucumeris aſinini cū pauco lacte ꝓpꝛie caputpurgiū facimus nam plurimas ſuꝑfluitates educit ex cerebꝛo ⁊ fetoꝛi ēt confert.

¶ Capitulum. 2. De obſtructionibus narium ⁊ polipo ⁊ recuperatione.

Obſtruunẗ ſepe nares aliquibus aut cū excreſcentia carnis cuiuſdā ſuꝑaddite pꝛeternaturā aut ſine. bꝛeuiter dicēdū eſt de vtriſqꝫ. ¶ Et creditum ꝙ ſuccus dragontee imiſſus naribus maxime confert obſtructioni ⁊ polipo. ¶ Quē autē foꝛtiter apit nares opilatas ex viſcoſis ⁊ groſſis humoꝛib⁹ eſt oꝛimū garioſilatū qđ operaẗ ſolo olfatu ⁊ ēt in cibis frequēter datū. ¶ Idem operatur lac paucedani ⁊ eſt feniculus agreſtis attract⁹ ꝑ nares. Idem facit decoctio radicū eius attracta ꝑ nares vel ſuffumigatio eius recepta. ¶ Semen vrtice eſt ex foꝛtiter aperiētib⁹ pꝛecoquim⁹ autē ipſum in aqua ⁊ decoctōē calidā attrahi iubem⁹ ꝑ nares. ¶ Idē facit ⁊ ſilr ꝑparatū abꝛotanū. ¶ Cudex aẗ caudex aūt ⁊ eſt radix ellebozi vel cōdiſi appꝛopꝛietate illas tollit ſeu apit: ⁊ vētoſitates nariū ꝓſoluit. ¶ Mē aūt fel inſufflatū narib⁹ apit illas. ¶ Si aūt nux cipꝛeſſi foꝛtiter teraẗ cū ficub⁹ ⁊ cū licinio narib⁹ imittaẗ ſanat carnē ſuꝑadditā q̄ ē polip⁹: Aui. teſtāte. ¶ Et nos ēt expti ſum⁹ piretrū: vehemēter colatoꝛiū ⁊ nares apit ſicut ⁊ ſucc⁹ ciclamis imiſſus. ¶ Silr aūt nigella ⁊ ſinapis vehemēter apiunt. ¶ Scriptū eſt de lactuca ꝙ ipſa ē medicamē opilↄonis facte ī narib⁹. ¶ Euapoꝛatio facta cū aceto calↄo foꝛtiẗ apit. ¶ Silr ↄgaẗ euapoꝛatio decoctōis ſticados. ¶ Expti ſum⁹

Succus dragontee. Oꝛimū garioſilatum. Lac paucedani. Semē vrtice. Abꝛotanum. Cudex. Fel. Nux cipꝛeſſi. Piretrum. Succus ciclaminis. Nigella. Sinapis Lactuca Euapoꝛatio aceti ⁊ ſticados.

ꝙ multũ ꝓfert polipo p̄luis ſemis dragõtee narib⁹ inſufflat⁹.¶ Et qñ olfat⁹ diminutio maxie accidit ab obſtructõe colatoꝛij ppea q̄cũq; dicta ſr ad cola toꝛiũ apire ẽt olfatui ꝓſunt.¶ Sʒ ex ſimplicib⁹ mul tuʒ ẽ laudata rutha ⁊ olfata ⁊ caputpurgio attracta. ¶ Et ſilr ſerapinũ ⁊ nigella ⁊ maxie quũ eſt in aceto infuſa ⁊ trita ⁊ inſufflata narib⁹ ⁊ ꝓp̄ie cũ oľo anti quo mixta ⁊ impoſita eſt.n.mirabilis verũtñ cũ im mittiť patiẽs teneat os ſuũ plenũ aqua ⁊ illã ſugat ſupius ꝙplus põt.¶ Moꝛdicationes vero que ab hmõi caputpurgijs fiunt tollit attractio olei roſ.p nares ⁊ ẽt decotio ſulfuris ſilr attracta.

Semẽ dragõ tee.

Rutha.
Serap.
Nigella.

Cañ.ꝑnotat⁹

¶ Capl̄m.3 De fluxu ſang.narium.

Dixerunt antiqui ꝙ ciminũ tritũ cũ aceto ſtatiʒ frãgit ſine ſolo olfatu trahať odoꝛ ipſi⁹ ſiue cũ licinio narib⁹ imittať.¶ Di xerũt q̄dã ꝙ ſucc⁹ herbe liſimachion ⁊ eſt herba hñs folia ſilia ſalici fronti illinit⁹ ſtatiʒ ſtringit.¶ Succ⁹ aũt cuiuſlʒ vrtice trite imo folia trita ſiſtũt ſanguinẽ nariũ.Pũcto aũt fronti ap plicata ⁊ h̄ maxie appꝛoꝑetate ꝙ a ꝓpꝛone cõi.Naʒ teſtaſ Dyaſ.ꝙ folia vrtice narib⁹ imiſſa ſanguinem fluere faciũt.¶ Olibanũ i h̄ caſu multũ ꝓfert.¶ De rutha dcm̃ ẽ ꝙ ſi teraſ cũ aceto ⁊ intromittaſ ipa vľ ſucc⁹ ei⁹ſtatiʒ flux⁹ ſang.abſcindiť.¶ Inſuffleť ſter cus aſini vel cap̄ vſtũ ⁊ ſiſtit.¶ Et dixit Ra.ꝙ ſterc⁹ equi odoꝛatũ idẽ facit ⁊ ſilr vſtũ ⁊ inſufflatũ cũ ace to.¶ De ſanguine ãt.colũbi dcm̃ ẽ ꝙ hũc fluxũ ab- ſcindit.¶ Obſtracha ſi teranť cũ carne ſua ⁊ appli- ceni fluxũ ſiſtũt.¶ Experti q̄deʒ ſum⁹ ꝙ puluis indi ci narib⁹ iſufflat⁹ flux ñ ſan.ſiſtit:imo ẽt a q̄cũq; pte coꝛpis fluat talis p̄luis loco ſupponaſ.¶ Sumaſ ẽt cinis coꝛnu cer.vľ bouis ⁊ cũ re aliq̃ ſumaſ i potu ⁊ cũ aceto.frõti ẽpľeť aut narib⁹attrahať ſan.ſiſtit. Et idẽ de cinere roſ.ꝓbauim⁹.¶ Uʒ ẽt ẽpľʒ ex ſe

Ciminum.

Liſimachion ſuccus.
Succ⁹vrtice.

Olibanuʒ.
Rutha.
Sterc⁹aſini ⁊ capꝛe vſta.
Sterc⁹ equi.
San. colũbi.
Obſtracha.
Indicum.

Cinis coꝛnu ceruí vel bo- uis.
Cinis roſaꝝ.

cretis Gal. ſcriptuꝫ infra cap. de fluxu ven. circa fi. ¶ Expertum quoqꝫ eſt ſi tollat ſuccus arnogloſe ⁊ cū eo pili leporis ⁊ fuligo more emplaſtri miſceat ⁊ fronti ⁊ timporibꝰ applicet ſepius inouādo ꝙ hūc fluxuꝫ ſan. mirabilr ſtringit. ¶ Ligni quoqꝫ cāpane ſi teneat in manu patientis ſiſtitur ſubito ſanguis hoc fuit expertum.

Succꝰ arnogloſe.

Lignum cāpane.

Dico ꝙ potiſſime circa tria membra nos opꝫ intendere in que ſi morbillus vel variole accidūt eſt magnū periculum ꝛ hec ſunt oculi: nares: ꝛ guttur: ex eoꝝ enim ꝓuentu ad oculos perdit viſus frequēter: aut oculus albugine defedat. Si vero fiant in naribus obſtruit meat⁹ olfatus. Qđ ſi fiant in gula erit ſuffocatiōis periculū. ¶ Preuidem⁹ igitur oculis cum paſſione al'poſitione eoꝝ que materiā ꝓhibēt ad ipſos decurrere de quib⁹ multa ſunt dicta ſuperius verū vſitata vtilia ꝛ expta ſunt hec aqua roſ. colirizata oculis ꝛ maxime qñ in ea diſſoluit ſumach aut coriandrū tritū ꝛ quidā addunt cortices granatorum ꝛ ſimilia imo ꝛ ſuccus eorum in oculis immiſſus eſt vtilis. ¶ Succurim⁹ cum gargariſmate facto ex aqua ꝛ aceto deglutōe eius qñꝙ ꝛ nō dubito ꝙ̄n frida ſiptica ꝛ repcutiētia mās a gulla ſint vtilia gargarizata de ꝗb⁹ ſupra cap. de ſquināntia eſt dictū copioſi⁹ ꝛ eadē ēt ꝗ guttur pſeruāt ēt nares pſeruāt attractio eaꝝ fit ꝑ nares. ¶ Si aūt appeāt eē i oculis ſigna variolaꝝ vtputa i nigro oculi appeāt ſiē alba ꝛ i albo ei⁹ appeāt ſicut rubee. tūc eſt pceptū vt oculus aq̄ cal'a vapoꝛet ꝛ deinde imittat ex ſalmuri vel ſale aliqđ ꝙ ſi fiāt i narib⁹ vel oꝛe inūgant vnguēto

facto ex oleo violato dragāto ꝛ cera alba. Mucilla go autē granoꝝ citonioꝝ ꝛ mucillago pſilij cōferūt his que fiunt in oꝛe.

¶ Capl'm. 3. De remotione ſignoꝛum que poſt va- riolas remanent.

Remanēt cicatrices ex vulnerib⁹ vl' vlcerib⁹ variolaꝝ qñqꝫ ſicut ex alijs vlcerib⁹ vel ſolutionib⁹ ꝯtinuitatis q̄ cutim maculis nigris fetidis deturpāt. Et ego quidē dico ꝙ coloꝛē ipſarum remouēt vl'r illa q̄ dicent' infra ca. de decoꝛatiōe cicatricū vulnerū vel vlceꝝ ꝛ ꝓpꝛie quādo nō ſunt ꝯcaua ꝛ ēt valebūt multū que dicent' infra, de decoꝛatiōe. Sꝫ ego quodā medicamine vſus ſuꝫ cōpoſito qđ eſt. ℞. litargirij abluti radicū cāne ſicce: farine ciceris: oſſa vetuſta: farine rizi toſti. ana. terant' ꝛ aggregent' ꝛ liniat' ex eis facies in nocte cū aliquo ex liquoꝛib⁹ q̄ infra dicent': ꝛ in mane cuꝫ aq̄ cal'a lauet': aut in balneo ſi eſt poſ'e. ⁊ Concauitates autē que in cute remanēt poſt variolas ſanat cū pꝛedictis regimen īpinguatiuū: ꝛ nos de hoc ſi de⁹ voluerit in tract. de decoꝛatiōe ꝓpꝛiū faciem⁹ capl'm.

¶ Sermo tertius vl'is totius opis. De ſoluta continuitate ꝛ apatib⁹ ꝯtinet tractatus q̄nqꝫ.

¶ Tractatus ꝑmus tertij ſermonis. De ſoluta cōtinuitate: continet capl'a duo.

¶ Capl'm pꝛimū pꝛohemiale.

QUam ſm Gal. due ſunt intētiones ſanatiue artis: vna repletio euacuatoꝝ: ꝛ alia eñorepletoꝝ. Et qꝛ ſol'o ꝯtinuitatis eſt moꝛb⁹ ſimplex de ſe; oē autē apꝫ eſt moꝛb⁹ compoſitus

poſitus ꝛ ſimplex exiſtit ante cōpoſitū:ideo pꝛimo de ſoluta cōtinuitate dicemus deinde de apoſtemati bus erit ſermo.

¶ Cap.2. De vulneribus capitis ꝛ eleuatione cutis a carne.

Supꝛa memini me pmiſiſſe facere capitulum ppꝛiū de ſoluta cōtinuitate oſſis capitis in hoc ſermone ꝓpꝛeſentialiter facio. ⁋ Et dico ꝙ antiqui ad cōglutinandū vulnera capitis cito: dixerūt ꝙ betonica puluerizata ſupponatur ſcḋo dixerūt hunc ſermonē qn̄ fractura eſt in oſſe capitis ſi betonica contuſa ſupponaꝛ loco ꝛ ſepe emplaſtrū ex ea renoueꝛ mira celeritate conglutiat ꝛ tanta eſt ei virtus vt oſſa fracta extrahat. ⁋ Uulnera aūt capitis radix gladioli optime ſanat ⁋ Concoꝛdati autē ſunt oēs in hoc vnguēto. ℞. ſucci folioꝝ lolij partem.j.aceti partes.ij. cōficiāꝛ cū melle ꝛ dixerunt hoc eſt appꝛobatū medicamē vbi nimis deſiccare opꝫ in magnis plagis ꝛ maxime capitis ꝛ muſculoꝝ ꝛ quecūꝗ ſunt infuſa ꝑ magnū tēpus: ꝛ ad cicatricē venientia. Et dixit Gal. de eo ꝙ etiā ſi plage ſint vſqꝫ ad occaſionē eſt appꝛobatum medicamen. ⁋ Et dixerūt etiā ꝙ lolium eſt optimū medicamen. ⁋ Et dixerūt de myrrha ꝙ appꝛopꝛietate cōglutinat fragmēta oſſiū capitis: ꝛ ꝓ hijs qraꝛ infra ĩ ĉ in.c. de reſtrictōe flux⁹ ſan. in vulnere. ⁋ Qō ſi os ſit ꝯtuſū ꝛ fractura nō appꝫeat ſiat emplaſtrū cū ebulis ſolis aut cū eiſdē mixtis cū melle. ⁋ Empl̄m noſtrū in cōtuſiōe capitis. ℞. roſ. melliloti: mirtiloꝝ: betonice: calami aromatici: camomille: bolī ar. alumis: lamenī aā. ꝯficiaꝛ cū optio vino ad dito modico aceto ꝛ melle pꝛi⁹ tn̄ locus cū oleo mirtino inūgaꝛ. Ego aūt ſcribo empl̄m mirabile in ꝯtuſione oſſis capitis ꝛ fractura q̄cūqꝫ ipſi⁹ expꝫtiſſimū

Betonica. Radix gladioli. Unguentū. Lolium. Myrrha. Empl̄m nrꝫ.

cuius vtilitates dicā poſt: ⁊ debet poni ſuper caput inter duas petias ⁊ applicari toti capiti. ita tamen vbi vꝫ maior cōtuſio ibi cum nauacula fiat profunda inciſio vt qđ per emplꝛm extrahit locū reſpirationis inueniat ⁊ eſt. ℞. granoꝝ que inuenimus in fructu palme que dr auriculi. i. laurus baurach rubei ſalis ar. ariſtolo. cretice. i. rotūde: radicū cucumeris aſinini gumi albotim. i. terbētie. añ. auꝛ. xx. piperis macropipis: armōiaci: amomi: xilobalſami. añ. auꝛ. x. thuris maſculi: mirrhe: reſine ſicce: ariſtolo. long. oliuꝫ. añ. auꝛ. x. lacti arboris mori. añ. auꝛ. x. cer auꝛ. xxx. adipis capre. auꝛ. iij. fecis oli de lilio q̄tū ſufficit ad cōficiēdū medicinā terant ſicce ⁊ cribellent ⁊ fricent vnctis māib⁹ fricatis cū fece oli de lilio. ita vt cū pmixta fuerint oīa bñ reponāt ⁊ cōſeruent. q̄dā aūt addūt in fracturis mirabilib⁹ cranei ⁊ oībus cōopatiōib⁹ ei⁹ galbani oſſis cruris ⁊ brachij hoīs mortui. añ. auꝛ. x. ſcabioſe auꝛ. xiiij. eſt eñ mirabile ſuggit eñ hoc emplm ex oī loco vbi neceſſariū eſt ⁊ frangit qđ neceſſariū eſt egredi ⁊ extrahit oſſa corrupta: ⁊ fruſtulas: ⁊ ſpias: ⁊ tela imiſſa molificatiuis pmiſſis ⁊ cōfert ad tortionē mēbri ſup mēbrū ⁊ figillationē vulneꝝ. ſeruet ergo iter pcipua. ¶ Dicem⁹ aūt de reſtrictione ſanguis vulneꝝ ex capite infra vbi de hoc in oī vulnere fiet ſermo. ¶ Si āt cōtingat ſolā cutim a cranco ſepari tollat ſucc⁹ folioꝝ oliue ſilueſtris: ⁊ cū melle tpetur ⁊ applicetur.

Os cruris ⁊ brachij hoīs mortui.

¶ Tractatus ſcđs tertij ſermonis. De oī ſoluta cōtinuitate cōtinet tria capitula.

¶ Caplm. I. De vulnere ⁊ ſolute cōtinuitate i carne: ſiue ſit intus: ſiue extra.

Circa conſolidationē vulneruꝫ ⁊ maxime carnoſoꝝ mirabilia ſcripſerūt antiq. ¶ Et dixerūt q oīa vulnera cōſolidat pluis folioꝝ glādis ſiccoꝝ tritoꝝ optie ⁊ cribellatorū quando

Pul. fol. glādis.

ſubtiliſſimus factus ſuperponitᷓ vulneri. Et Sera. dixit ſe hoc magnũ vulnus factum cu𝓏 enſe ſanaſſe. Et ego quidē expertus ſum in paruis vulneribus ⁊ ſtatim ſanaui. ¶ Omnia aũt vulnera que vix cicatri𝓏anᷓ terra ſigillata reſoluta ad cõſolidatiõnē eſt vltima. ¶ Cinis etiã cartaꝝ de papiro vulnerib⁹ ſupꝝ poſitus illa cõſolidat. ¶ Ad eadē aũt folia cētinodie.i.corri𝓏ole ꝓſunt. ¶ Dicunt aũt ꝙ ad eadē flos taſſi barbaſſi ſuperpoſitus eſt ſingulare preſidium. ¶ Uulneribus aũt malitioſis radix dragontee ē optimũ remediũ.nam mũdificat ea ⁊ purgat ea forti-ter. ¶ Preter vulnera aũt magna vbi multum exiccare op𝓏 ⁊ maxime in capitibus muſculoꝝ queraᷓ ex precedenti capl'o de vnguēto facto ex lolio aceto ⁊ melle. ¶ Et dixerunt de radice ſpine egiptiace ⁊ eſt ſuchaa ꝙ ipſa ⁊ ꝓpͥe ſemen eius ſunt vehemētis cõſolidationis vulnerum. ¶ Et Gal.dixit ꝙ ſimil'r edera viridis cocta cum vino ⁊ ſuperemplaſtrata cõſolidat: incarnat: ac etiam cõſolidat cõſolidatione bona: immo ⁊ etiam vulnam inciſam. ¶ Lapis etia𝓏 frigius in hoc ꝓprietatem habet. ¶ Et dicit Gal. ꝙ etiam caules conſolidant plagas. ¶ Et dixit Dy. ꝙ vulnera paſcētia humida ſanat ſaluberrime lapis frigius ⁊ pater hoc ītelligit de ſtercore al's flore ei⁹ mixto cũ vino. Uulnera aũt magne plage cõſolidat ⁊ aꝑari non ſinit caro ſola limaciaꝝ trita. Et Gale. dixit cum corticibus ſuis ⁊ mixta cu𝓏 puluere molēdini aut olibano aut thure aut myrrha aut glutine aũ.conglutinat enim cõglutinatione forti ⁊ maxime in corꝑibus duris. Et dixit Galenus ꝙ ſi eſſet vulnus qđ ſit in neruis etiam ſi cum cõtuſione ſit ſana-tur inde. ¶ Dicunt autē ꝙ putrida vulnera ſanat caſeus recens impoſitus quãdo ſibi ſupponunᷓ folia lapatij vel vitis vel lactuce vel plãta.vel blitis. Et Gal.dixit in quarto ꝙ īpoſuit dicto mõ in vulnere mediocris quãtitatis recens ipm prius ⁊ ſuperponens folia dicta ⁊ clauſit vulnus ſimplex quidem,

Terra ſigilla.
Cinis charta-rum.
Centinodia.
Flos taſſi barbaſſi.
Radix dragontee.
Suchaa.
Edera.
Lapis frigi⁹
Caules.
Caro limaciꝝ rum.
Caſeus recē.

Ad vulnera corroſiua. ¶ Corroſiua autē vulnera flos ⁊ ſemen origani ſilue
ſtris mixta cū melle curant. ¶ Ad profunda etiam
Origanum. vulnera corroſiua incarnātia dixerunt ꝙ radix cen-
Radix cētauree. tauree recens impoſita ⁊ trita cum vnguētis incar-
natiuis eſt magni iuuamēti valde: ⁊ hoc Gal. cōſen
ſit. Et ſimiliter radix centauree maioris impoſita re
cens cōſolidat que ſi recens nō habet prius infun-
Pix ſicca. datur. ¶ Qđ autē incarnat incarnatiōe forti eſt pix
Grana. ſicca vulneribꝫ impoſita. ¶ Grana ēt cum qua tingi
tur trita cum aceto ⁊ ſuperpoſita cōſolidat. ¶ Qđ
autē recentia vulnera etiā cum ſanguine ſuo conſo
Virga paſtoris. lidat eſt virga paſtoris applicata ipſis. ¶ Conglutu-
nant autē ea appropꝛietate que eſt in eis folia ⁊ flo
Salix. res ſalicis ſuperpoſita. ¶ Similiter autē ⁊ eadē folia
Cauda eq̄na. caude equine cōglutinant fortiter: itaꝙ ēt ſm Gal.
neruos inciſſos cōglutinat. ¶ Replet autē vulnera
Olibanum. carne ⁊ valde cōſolidat recentia vulnera olibanum
Cāepitheos. impoſitū. ¶ Et idem facit herba camepitheos re-
Folia pini. cens impoſita. ¶ Et ſimiliter folia pini puluerizata
Tella aranea. vulneribꝫ. ¶ Vulnera autē extremitatū tella aranea
Radix ciclaminis. cōſolidat ⁊ apoſtemari nō ſinit. ¶ Vulnera aūt anteꝗ̄
antiquent radix ciclaminis ſola impoſita vel cū ace
Es vſtum. to ⁊ melle ſanat. ¶ Cicatrizat autē vulnera in corpo-
ribus duris es vſtum nō lotum ⁊ in hoc ē ſm Gal.
optima medicia. Si vero corpora ſint molia lotum
Aleū agreſte. imponat. ¶ Et dixit Gal. ꝙ ſcordeon ⁊ ē aleū agre
ſte quādo eſt viride cōſolidat vulnera magna impo
ſitū eis. Siccū vero ſcordeon male morigerata vul
nera ad cicatricē perducit vel ad cicatrizationem.
Rutha. ¶ Et dixit etiā ꝙ rutha cōſolidat vulnera etiā ſi ſint
Folia cipreſſi in capitibus muſculoꝝ. ¶ Cōſolidant autē ſm Gal.
magna vulnera in corporibus duris folia cipreſſi ⁊
germina ⁊ bace eius iuuenes ⁊ molles etiā poſita.
Polium. ¶ Eaſdem autē magnas plagas poliū viride exi-
ſtens impoſitum ⁊ maxime fruſtruoſā eius ſpecies.
Folia vlmi. ¶ Et dixit recentia vulnera cōſolidant folia vlmi ſu-
perpoſita ⁊ cortex etiā eius exiccatus ⁊ nō inouatꝰ.

multotiẽs.¶ Item dixit magnas plagas ↄſolidat ẽt
ſi ſint i neruis radix neuras ꝗuã ꝗdã polimñ al̃ po
limi non ⁊ ẽ pitaria vocãt.¶ Et dixit Meſ. ꝺ hireos Hireos.
ſic ẽ medicina magna vulnez antiquoz ⁊ putridoꝛũ
mũdificãs eã ⁊ generãs in eis carnẽ laudabilẽ:imo
etiã oſſa nuda veſtiens carne ⁊ in hoc oẽs ↄcoꝛdãt.
¶ Et dixit etiã ꝙ ſarcocolla que eſt medicina ſubli- Sarcocolla.
mis vulnerum recentiũ ⁊ antiquoz ⁊ putridoꝛũ ⁊
inundificat eã ⁊ generat carnem in eis ⁊ conſolidat ⁊
hec eſt pꝛopꝛie virtus eius. Et hec ⁊ multa pꝛedicta
licet dictũ nõ ſit:experti ſumus in vulneribus pu-
tridis cõcauis que ẽt multa incarnatione indigent
emplaſtrũ factũ ex farina lentiũ cum melle:nã ſine
moꝛdicatiõe lauat ſaniẽ.¶ Et etiã ſcimus ꝙ ſi tol Volubil̃ ma
lantur folia cuſſus ⁊ eſt volubilis maioꝛ ⁊ coquanẽ loꝛ.
in vino ⁊ ſuperponãtur vulnerib⁹: cõſolidat vulce-
re magna.¶ Unguẽtum ex ſecretis Gal.qꝺ valet in Unguentum
omni vulnere ⁊ experti ſumus.℞.olei aceti vini añ. Gale.
lib.iiĳ.merdaſengi ⁊ eſt pul.ꝺ plumbo vſto lib.ß.ʒ.
calcecumenon ⁊ eſt es vſtum.ʒ.xx.ziniar ⁊ eſt viride
eris.ʒ.xvĳ.al̃.ʒ.j.ʒ.colcotar ⁊ eſt attramẽtũ:calcãti
⁊ eſt vitriolum coꝛticũ omniũ añ.ʒ.xvĳ.al̃.ʒ.j.ʒ.de-
coquanẽ oleum ⁊ acetũ ⁊ remoueanẽ ab igne ⁊ ꝓiĳ
ciantur inter oẽs medicine deinde reducanẽ omnia
donec inſpiſſenẽ ⁊ rubeant deinde vtatur in omnib⁹
vulnerib⁹ ⁊ apoſtematib⁹.¶ Si vero ruptura eſſet Robilie
intrinſeca tollanẽ robilie ⁊ decoquanẽ in vino deco
ctionis croci ⁊ ex eis fiat emplaſtrũ ſuper locũ ru
pture ⁊ vniuerſalr in membꝛis cõtuſis ⁊ confractis
robilie emplaſtrate appꝛopꝛietate tollunt doloꝛeʒ.
¶ Unguentũ qꝺ a magiſtro quodã perito habuim⁹
cum quo ſanabat omne vulnus ⁊ ſi vulnus erat ni-
mis magnũ ſuebat illud pꝛimo deide de hoc vnguẽ
to ſuper vuln⁹ ponebat: nõ pꝛima die ſed cõſequẽ
ter.℞.gũme lini alexandrini.ʒ.iiĳ.reſine albecĳ añ. Unguentum
olei ſiſamini.ʒ.j.ʒ.cere albe ꝙ.s.fiat vnguẽtũ ſemp
tñ die pꝛima ⁊ ſequẽti vtebar inunctione facta ex li

targiro auri oleo roſ. ⁊ aceto. Ita tñ ꝙ inūctiõe ace
tuꝫ ſuperet terens litargiriũ primo in mortario ⁊ ex
aliis nunc de vno nũc de alio addebat vſq; ad ꝑfe-
ctam cõpoſitionẽ ⁊ cũ hoc ꝓhibebat fluxũ materieꝝ
ad vulnera ⁊ apatioñeꝫ mẽbroꝝ vlneratoꝝ.

Cap. 2. De attritiõe lacertoꝝ ⁊ neruoꝝ.

MUlta ſunt dicta in caplo vlti de dolore
iuncturaꝝ ⁊ membroꝝ neruoſoꝝ que ſi
ad hunc locum reducant vtilia appare
bunt. Dicemus ergo que huic cap. ſunt
Betonica. ꝓpria. Et ad oẽs quidẽ attritiões di
xerunt cõferre betonicã qñ ex foliis eius ſumit .ʒ.j.
cũ hidromelle. Dixerũt quoq; ad oẽs attritiones
Sempuiua. neruoꝝ ⁊ lacertoꝝ que fiunt ſiue in medio eoꝝ ſiue
Galbanum. in capitibꝰ: cõfert decoctio ſem ꝑuiue ⁊ ꝙ attritiões
recentes cõſolidat. Ex galbano aũt ſi bibat quã-
tum granũ fabe cũ aqua vel vino aut melicrato con
fert attritionibꝰ lacertoꝝ. Emplm ẽt factũ ex ra-
dice roſmarini trita cũ farina lolii ⁊ aceto multũ con
fert. Si aũt attritio ſit in capitibꝰ muſculoꝝ ⁊ ner
uis ariſtolo. ro. cuꝫ aqua bibita plus oĩ medicina cõ
fert. Si aũt in ſolis neruis attritio fiat emplm de
Succus gen- limatiis ẽꝫ ꝙ ſupra dictũ eſt in ꝑcedẽti ca. Qđ ẽt
tiane. ad oẽs attritiões ⁊ ꝯtorſiões neruoꝝ ꝯfert ẽ ſuccꝰ
Oppopona- gẽtiane qñ ex eo bibit .ʒ.j. cũ aq̃. Ad oẽs ãt lacer
cum. toꝝ attritões: ꝯfert oppoponacũ bibitũ cũ aq̃ alchi
Aſſa. trã. i. vmiũ terreſtriũ ⁊ vino. Idẽ aũt ⁊ in eodẽ ca
Camedreos. ſu aſſa bibita cũ vino granatoꝝ: ſꝫ cũ aſſumit iuol-
uat i cera ⁊ deglutiat. Camedreos ẽt recẽs bibitũ
Calamentum aut eiꝰ decoctio cõfert attritõi cuiuſlibet lacertoꝝ.
Idẽ ãt ⁊ i eodẽ caſu facit decoctio calamẽti ſi ex ea
Robile. bibat. Dictũ ẽ ẽt ſupra ꝙ ad oĩa mẽbra fracta cõ
tuſa robilie fracte emplate appropetate tollũt do-
lorẽ ⁊ ꝙ emplm fcm̃ ex eis ⁊ vino decoctõis croci ſa
nat in itrinſecã carnis rupturã. Ad oẽs ãt ꝯtuſio-

nes lacertoꝝ extēſiões ⁊ doloꝛē ꝯfert eɫm ꝺ reubar baro inūctū ⁊ ēt reubarbaꝝ bibitū cū vino odoꝛife ro ꝑmiſto vſq ad.3.ꝫ. Cōfert aūt ⁊ ꝯtuſiõib⁹ em plɫm factū ex radice enule cū folijs ei⁹. Si aūt ꝯtu ſiones ſint ī medio lacertoꝝ fiat emplɫm ex radice al tee ⁊ cōfert. Epithimenē aūt eodē medicamīe at tritões cū decoctõe caude eq̄ne aut emplenē cū illa. Et dicūt quidā pꝛudētes ꝙ eſt camepitheos ⁊ nos q̄dē multa expti ſum⁹. Et qꝺ foꝛtiter ꝯfert attri tioni neruoꝝ eſt ſal q̄n cū ſulfure ⁊ melle miſceē ⁊ ſu perponitur.

Oleū de reū barbaro.

Radix enule.

Radix altee.

Cauda eq̄na.

Cap.3. De ſolutõe cōtinuitatis neruoꝝ ⁊ coꝛda ruꝫ ⁊ eoꝝ paſſionibus.

Vecūq̄ dicunē de neruoꝝ inciſione eadē de coꝛdaꝝ intelligane. Ad neruos ergo inciſos lūbꝛici inuēti in terra cū fodiē ⁊ ſuppoſiti cōferūt iuuamēto manifeſto ⁊ ſubito. Et Gal.dixit mirabilr ꝯferūt:nā cōglutināt eos terane aūt foꝛtiter ⁊ nō diſſoluaē vul nus niſi poſt tres dies. Et dixerunt ꝙ folia caude eq̄ne cōglutināt neruos inciſos. Idē aūt ⁊ narci ſc⁹.i.liliū vehemēter neruos ꝯglutinat ⁊ coꝛdas ici ſas. Grana ēt cū q̄ tingiē:trita ⁊ ſuppoſita ꝯfert. Et ſilr vmiculus inuēt⁹ in ipſa q̄n cū aceto teriē ⁊ melle aut cū vino ⁊ ſupponiē ꝯfert. Ad eoſdē ici ſos ⁊ eoꝝ vulnera terane oſtraca cū carne ſua ⁊ ſup ponane ⁊ ꝑpe cū thure ⁊ myrra aut cū puluere molē dini. Et dixit Raſ.auēte Gal. ꝙ caro teſtudinis trita cū pulueē molēdini ſanat plagas magnas q̄ ad neruū ꝑuenerāt ⁊ erat neruus attrit⁹ ⁊ nō ſpatiū vex in duro coꝛpe fuit ⁊ ꝑ teſtudinē intelligit lima cias. Et nos q̄dē in punctura neruoꝝ ⁊ coꝛdaruꝫ habem⁹ experientiā vt tollaē ſal ⁊ coquatur in oleo cum pauca terbentina ⁊ ponatur ſuper puncturam. nam ꝓhibet ab apopleſiā ⁊ ſpaſmo ⁊ confert etiam

Lūbrici.

Cauda eq̄na.

Lilium.

Grana.

Vermis i grana inuentus.

Oſtraca.

Caro limatia rum.

Ad pūcturas neruoꝝ expertum.

flegmoni cerebri. Et cõſilium meũ eſt vt oĩno prohi-
beat fluxus humorum ad neruos. Et circa hoc habe-
mus expertũ vt tollat farina furmẽti ⁊ ſucci iuſquia-
mi quãtum ſufficit ad retentionẽ faciendã ⁊ ex eis te-
pidis fiat empl'm. ¶ Sedat ẽt hoc ⁊ tumorẽ ipſorum
diaquilon ĩ pũcturis neruorum ⁊ cordarum ſubito ſedat
⁊ curat dolores. ℞. armoniaci lib. ß. diaquilon lib. j.
thuris maſticis añ. ℥. j. cere citrine lib. ß. conficiant ⁊
Caro anatis. vſui ſeruent. ¶ Ad inflatos aũt neruos cõfert caro
Fel lupi. anatis ſuppoſita cal. ¶ Cõfert ẽt eidem fel adib. i. lu-
pi ſuperinũctũ ⁊ phibet ſpaſmũ ne ſuperueniat ⁊ ppre
Ius ranarũ. tpe frigoris. ¶ Ad apata aũt cordarum ius ranarum
embrocatũ cõfert. ¶ In oĩ autẽ contuſione neruorũ
Sumach. fiat embrocatio cũ decoctiõe ſumach ↄfert enim ⁊ nõ
ſinit apari. ¶ Ad idem ex farina ⁊ melle fiat empl'm.
Cinis vinacie ¶ Cinis aũt vinacie cũ aceto ſuppoſitus cõfert oĩ con
Ciclamen. torſioni. ¶ Et ſilr ciclamen more empl'i ſuppoſitũ.
Radix altee. ¶ Empl'm quoq factũ ex radice altee extenſiones
Medulla bo- neruorum ſanat. ¶ Et dixit Raſ. ſepum bouinũ ⁊ me-
uis. dulla ſanat neruos a ſtatu ſuo motos: ⁊ molles fa-
Aqua cineris cit ſi inungat eis. ¶ Ad neruos aũt doloroſos con-
fert aqua cineris ⁊ bibita ⁊ linita cuius doctrina data
eſt ſupra primo ſermone de congelatione lactis ⁊
ſanguinis in ſtomacho.

¶ Tractatus tertius tertij ſermonis. De his que
apparent in vulneribus cõtinet quattuor capl'a.

¶ Capitulum primum. De reſtrictione fluxus ſan-
guinis fluentis ex vulnere.

SErmo erit deinceps de ac-
cidentibus que vul-
neribus ſepe cõtingunt ⁊ primo de re-
ſtrictione ſan. fluentis a vulnere di-
cemus reductionẽ detentiõis eius.
Karabe. ¶ Sanguinẽ autem vndecunq fluat karabe appro-

pꝛietate ſtringit que eſt in ea. ¶ Si autē diſſoluātur campꝛore grana .ij. ī ſucco vue acerbe aut aceto aut aqua myrti aut ſucco dactilloꝝ imaturoꝝ ⁊ ſupponitur ſiſtit ſanguineꝫ ex vulnere. ¶ Idem autē operatur virga paſtoꝛis impoſita ⁊ maxime maſculina. ¶ Et galle ēt ſuper carbones cōburanť ⁊ extinguātur in aceto ⁊ ſale ⁊ ſuperponā: ur ſauguinē ſiſtunt. ¶ Idem facit cinis ranaruꝫ cōbuſtarū impoſitꝰ. Et etiā cinis chartarū de papiro quilibet per ſeipſum. lꝫ aūt ambo miſceātur ⁊ etiā cum folijs. ¶ Stercus capꝛaruꝫ diſſolutū cum aceto ⁊ ſuperpoſituꝫ ſiſtit. ¶ Idem autē eſt ſtercus aſini facit vſtum ⁊ nō vſtū: ſed hoc coꝛpoꝛibꝰ ruſticoꝛuꝫ fiat: vt qualia ſunt coꝛpoꝛa tales medicine fiant. ¶ Siſtunt autē ſanguineꝫ oſſa bouis vſta ⁊ ſuppoſita vulneri. ¶ Tella quoqꝫ aranee impoſita vulneri ſiſtit ſan. Et hoc idem facit raſura chartaruꝫ capꝛaruꝫ impoſita. ¶ Dicunt autē ꝙ nō ſit res que ita ſtringat ſan. omnē ſicut terra ſigillata. ¶ Confert autē multū olibanuꝫ in hoc caſu. ¶ Urina hominis ēt impoſita cum cinere vitis ſan. fluxum ſiſtit. ¶ In omni autē loco emanationis ipſius ſiſtit ipſuꝫ omne muſcuꝫ ſuppoſituꝫ ⁊ maxime muſcuꝫ marinū. Eſt autē muſcuꝫ marinū herba que ſtat ⁊ naſcitur in aquis ſtantibus minutiſſima ⁊ ſupernatat eis. ¶ Similiter autē in omni loco retinet ipſum alumen ⁊ maxime iamenū. ¶ Folia etiam ſalicis emplaſtrata ipſuꝫ ſiſtunt. ¶ Omneꝫ etiā emoꝛoſagiam ſiue intus ſiue extra ſiſtunt liſimachion ⁊ eſt herba habēs folia ſimilia ſalici. ¶ Et Rirandus dixit ꝙ coꝛ pulli vulturis in pelle ligatum ⁊ poꝛtatū oēm ſan. effuſioneꝫ ſiſtit. ¶ Et Gal. dixit ꝙ cinis omniuꝫ lignoꝛuꝫ ſtipticoꝝ ſicut quercus myrti: ⁊ ſimiliuꝫ ſuperpoſitꝰ vulneri. ſiſtit fluxuꝫ ſan. ⁊ nullo alio farmaco hoc potente. Ego aūt dico ꝙ cinis dꝫ eſſe lotus. ¶ Et nos in hoc capitulo expertū habemꝰ vt ſumatur pix ſicca que nulla humiditate ſit infuſa ⁊ infundatur in aſpalto iudayco aut ī pice liquida ⁊ pona-

Camphoꝛa.

Uirga paſtoris.

Galla.

Rana ꝯbuſta

Cinis papiri.

Sterꝰ capꝛe ⁊ aſini.

Os bouis.

Tella aranea

Terra ſigilla.

Olibanum.

Urina hoīs.

Muſcū marinum ⁊ ꝗd ſit.

Alumen.

Folia ſalicis.

Liſimachion.

Coꝛ pulli, vulturis.

Cinis ligni ſtiptici.

Expertum.

tur ſup loco defluxus ſan. ⁊ in ea accendaẽ ignis tol
Coriandrum. let enĩ fluxũ ⁊ opabiẽ vt cauteriũ. ¶ Coriãdrum
ẽt torrefactũ ⁊ vulneri ſuppoſitũ illũ ſiſtere ſcim⁹.
Queraẽ ẽt ſupra cap. de ſputo ſan. ſermone primo.
¶ Ad fluxũ aũt ſan. qui propꝛie eſt ex capite dicũt
Sanguis ⁊c. q̃ ſan. turturis aut pdicis aut palũbi vel turdi recẽs
ſaluberrime curat. ¶ Et raſ. ſic dixit ſi ſcindaẽ caput
alicui⁹ ſemꝑ ⁊ ꝓhiciaẽ de ſan. eoꝝ ſup tellã cerebri
magnã pſtat medicinã. ¶ Et iteꝝ dixit q̃ ſan. galli vẽ
San. galline. galline ſi ponaẽ ſup frontẽ tritũ vũ ꝯ ſanguinẽ fluẽ
Ad ſan. in ventre cõgelatũ. tes ex tella aut ſit cerebrũ galline bibitũ. ¶ Cũ aũt
ſanguis eſt cõgelat⁹ in vẽtre bitumen cũ bibiẽ liq̃
Bitumen. facit. ¶ Experti aũt ſum⁹ q̃ educit ſan. coagulatũ in
Ciminũ carmenum. vẽtre ⁊ maxĩe pꝛĩnã ciminũ carmenũ qñ teriẽ ⁊ bibi
tur cũ aqua decoctionis apij: ſed de hoc aliquid di
ctũ eſt ſupra cap. de ſputo ſan. ⁊ ẽt aliqua vtilia tra
cta ſunt ſupra cap. de ꝓuocatione vrine.

¶ Capłm. 2. De eliquanda carne in vlceribus ⁊ do
lore ipſorum ⁊ vermibus.

Neuitas nos inducit vt ſiẽ de hĩs
trib⁹ dicam⁹. ſ. de eliquãda carne in
vulnerib⁹: dolorib⁹ eoꝝ: ⁊ in vmib⁹.
ꝯtingit. n. qñ q̃ vt caro ſupflua na
Aſſa. ſcaẽ in vulnere quã eliqre oꝫ. ¶ Et
dixerũt qdã q̃ aſſa in vulnerib⁹ poſita carnẽ eliquat
Lapis eſyos ſupfluã. ¶ Eliqt ẽt ⁊ ſine moꝛdicatiõe flos lapidis
Sucudus. eſyos aẽ aſſicis ipoſit⁹ vulneri. ¶ Sucudus ẽt ſup
Cinis velerũ vſtoꝛum. pulueriſat⁹ illaꝫ eliquat. ¶ Gal. aũt dixit q̃ cinis ve
lerũ vſtoꝝ ipoſit⁹ vulneri tutiſſime exterminat lẽtã
carnẽ. Idẽ aũt põt cinis alioꝝ piloꝝ ipoſitus. ¶ Et
Ad vmes vulneribus. dixit ẽt q̃ in q̃cunq̃ pte coꝛpis ſint vulnera ⁊ vmes
fiãt i eis vt frequẽter ꝯtingit iponaẽ puluis calamẽ
Calamentum. ti ⁊ maxĩe montani: nã interficit ⁊ educit. Sed ad h̃
multa pñt adduci dicta ſupra ca. de vmib⁹. ¶ Dolo
Ad dolores vulnerum. reꝫ aũt vulneꝝ q̃ frequẽter ꝯtingit ſedat empl̃ꝫ fcm̃
ex farina lupinoꝝ ⁊ oꝛdei ſuperpoſitum.

¶ Cap.3. De excoꝛiatōe oſſis ꝛ extractōe fruſtuloꝝ oſſis ꝛ alioꝝ infixoꝝ carni ꝛ reſtauratiōe oſſis deperditi.

SEpiſſime in vulnerib' cogit neceſſitas vt
oſſa excoꝛient ꝛ fruſtula educant ꝙ bo-
num eſt ſcire qualr cū medicis hoc fiat.
¶ Excoꝛiat aūt in vna die ꝛ fragmēta ſe
pat euforbiū ſuppoſitū oſſi:ſʒ ꝓmuniat Euforbium.
cū iponit caro circunſtās cū aliq̄ ceroto
vel pāno lineo ne aduraṫ adureret.n.illā. ¶ Corticē
aūt oſſis citiſſime eleuat ꝛ incarnat radix paucedani Radix pauce
iposita ꝛ eſt feniculus agreſtis ſiue poꝛcin':citiſſime dani ꝛ q̄d ſit.
eniʒ illū eḣcit vt dixit Gal. ¶ Si aūt ex radice vitis Radix vitis
albe cuʒ vino fiat emplaſtrum ꝛ ſupponatur oſſi ex- albe.
trahit oſſa fracta ꝛ hoc vt tollantur radices vitis al-
be ꝛ coquantur in oleo donec diſſoluantur ex qua
applicata oſſi fiat emplaſtrum. ¶ Et ſcimus ꝙ li-
gnumindum quod dicitur karon al' karix eſt magni Lignū indū.
iuuamēti ad fracturas oſſium ꝛ diſlocationeʒ:ſʒ de
hac in pñti oꝑe nō intēdim' loqui multū. ¶ Et Ri-
rādus dixit ꝙ oſſa q̄ſſata ſanant dono dei ſi ſeptem Succus fol.
dieb' bibatur ex ſucco folioꝝ vitis albe ꝛ vino albo vitis albe.
mixto aū. ¶ Et dixit ꝙ fragmēta mādibulaꝝ attra- Lūbrici terre
hunt ſine doloꝛe lumbꝛici terre ſuppoſiti. ¶ Et Ra Cancer flu.
ſis dixit ꝙ cancer fluuialis tritus ꝛ ſuperpoſit' ex-
trahit cuſpides ſagittaꝝ infixas. ¶ Oſſa etiaʒ fracta
extrahit ꝛ omne ēt qđ eſt infixum carni hoc emplm
ſuperpoſitū. ℞.radicū hircos ſilueſtris partē.j.flo-
rum eius ꝑtem tertiā centauree ꝑtē quintā fiat em-
plaſtrū cū modico melle:hoc ēt ſedat doloꝛē in ꝑte. Radix canne
¶ Extrahit autē ſpinas ꝛ tella ꝛ oīa infixa carni ra-
dix cāne mixta tribulis ꝛ ſupēplaſtrata loco. ¶ Ea- Caro lacerte.
dem autem extrahit caro lacerte ſuperpoſita ꝛ ma- Muʒ ꝛ q̄d ſit
xime caro ſtelionis. ¶ Similr ꝛ eandē extrahit mum
ſuperpoſituʒ loco ꝛ maxime nigruʒ. Eſt autē mum
ſoꝛdes feneſtraꝝ apuʒ. ¶ Si aūt tota limacia pur- Limacia.

purea ſicut eſt teratur ⁊ ſuperponatur loco extrahit
Lactuca aſini — infixa. ⁋ Jn lactuca quoqꝫ aſinina eſt ꝓprietas ex-
trahēdi oīa īfixa. Et Dy. vocat atuſari. ⁋ Et dixit
Caro muſtelle — Gal. ꝙ caro muſtelle ſicca ⁊ ſuppoſita loco attrahit
infixa quecūqꝫ ſint illa. ⁋ Et ſumus experti ꝙ etiaꝫ
Myrrha. — myrrha ſuppoſita loco infixa attrahit. ⁋ Et ꝙ oīs
Ariſtologia. — ariſtolo. ſuppoſita loco extrahit ſpinas ⁊ fracturas
Cortex ſerpē-tis. — lignoꝝ infixas carni. ⁋ Solus ēt cortex ſerpētis ſu
perpoſit⁹ infixa attrahit. ⁋ Et Aui. dixit ꝙ fructus
nil ꝓpꝛie cum farina lolij mixtus attrahit furcu-
los ⁊ ſpinas.

⁋ Capitulum. 4. De decoꝛatione omnium cicatri-
cum vulnerum ⁊ vlcerum.

Dico ergo ꝙ ad remouendū cicatrices ca
raſationū ventoſaꝝ vngat̄ locus poſt ca
raſationē cum vnguēto facto ex maioꝛa-
Serapinum. — na vel aqua eius. Delet autē ⁊ cicatrices
vlceruꝫ ſerapinū diſſolutū cum aceto qñ
ſepe fricant̄ cum eo. ⁋ Ad eaſdeꝫ antē cum ſunt ni-
gre fomētatio cuꝫ pulegio cocto cum rutha. ⁋ Has
aūt delet ſuccus eruce recētis mixtus cū melle ⁊ fel
le bouino ⁊ illinit⁹. ⁋ Delent̄ etiaꝫ cicatrices ſi ſepe
Bulbus. — liniātur cum bulbis. ⁋ Et dixerunt ꝙ ſi adipe aſini
Adeps aſini. — illas inungat redire facit ad coloꝛē coꝛpis ſui. ⁋ Et
Fel thauri. — Rirandus dixit ꝙ fel thauri cum teſta oui ſolutuꝫ ci
catrices eiuſdem coloꝛis efficit. ⁋ Et Raſis dixit ꝙ
ſtercus colūbi cum melle vel ſemine lini euellit pel-
Stercus colū-bi ⁊ galline. — lem ſuperexcreſcentē apoſtemati. ⁋ Et dixit ꝙ ſter-
cus galline ſi cum melle moꝛe emplaſtri miſceat̄ mun
dat cicatriceꝫ que fit ab aſ͞pate qđ dr̄ ignis ꝑſic⁹. ⁋ Si
etiā liniant̄ ex coꝛticibus olibani diſſolutis cū mel-
Olibanū coꝛ-tex. — le delent̄. ⁋ Fedas etiā cutis cicatrices lac illinituꝫ
⁊ ſimiliter aqua eius delet. ⁋ Radix vitis albe etiaꝫ
abſtergit mixta cum oꝛobo ⁊ fenugreco. ⁋ Ego autē
Sperma viri. — expert⁹ ſum ꝙ ſperma virile ſuperinūctuꝫ mire di-

Incidat. Et dicit ꝙ ſi qñ fiunt cicatrices in vulneribus aſſiduetur eius inũctio penitus nõ apparent. ¶ Et ego dico ꝙ cutis ſicut ⁊ oīa membꝛa radicalia bꝫ pꝛimā ſui generationē a ſpermate ⁊ nō a ſanguine erit ergo inter ea oculta pꝛopoꝛtio.

¶ Tractatus quartus tertij ſermonis. De apoſtematibus cōtinet capitula nouem.

¶ Capitulum pꝛimum vniuerſale. De apoſtematibus calidis ⁊ frigidis in genere.

Cum apoſtema ſit repletio poꝛoſitatum mēbꝛoꝝ cōſimiliũ ſicut dictũ eſt ſupꝛa facta pter nām triplicem curationē merebit. Aut enim p impulſum eius qđ ad mēbꝛũ fluit fiet ſanatio ⁊ hec cōplebit cũ frigidis ⁊ ſtipticis. Aut p reſolutionem eius ꝙ fluxit. qđ quidē cōplebitur p calida ⁊ ſicca vt in plurib⁹. Aut p maturationē cum ad vlc⁹ peruenerit: opꝫ ⁊ nos quidē in hoc capl'o dicam⁹ in vli que cōferunt in oībus apatibus ⁊ ppꝛie calidis ⁊ frigidis nō duris: poſtea in ſpāli deſcendem⁹ ad q̄dam: demum de duris dicem⁹ vlterius ponem⁹ de vlceribus ſermonē. ¶ Et dico ꝙ folia mādragoꝛe cum polenta.i.ſauic emplaſtrata cōferũt in omni apate: ſed me cogit natura auxilij vt de repcuſſiuis dicam. Et dico ꝙ in oī apate repcuſſiua in pꝛincipio cōferunt pꝛeterꝙ in apatibus emontoꝛioꝝ nulla.n.illis cōpetuut: periculum enim erit a mēbꝛis inobilib⁹ ad mēbꝛa nobilia materias nocētes expellere. Cum aũt apa in augmēto ſui exiſtit repcuſſiua cũ reſolutiuis ſint admixta. In ſtatu aũt ⁊ dclinatōe reſolutiua ſola ponant quare caut⁹ lectoꝛ diſtinguat auxilia non min⁹ circa tēpoꝛa apatum ꝙ circa diuerſitates eoꝝ. ¶ Ad oēs aũt tumoꝛes ſi fiat empl'm ex raffano ⁊ aceto tritis illos aufert ablatione foꝛti. ¶ Oēs aũt exi-

Folia mādragoꝛe.

Ciclamen. turas curat ciclamen mixtũ cuꝫ aceto ⁊ melle.⁋ Ad

Sudor hois exercitati. oia aũt apata cõfert sudor hois exercitati cũ pulue re ſuo poſitꝰ ꝙ ſi ſint molia ſolus imponat ⁊ precipue illis qui ſiunt in emũctorijs: illa enim oia curat. Si vero apata ſint dura addat ſibi oleũ de alchãna

Semẽ vrtice. vel oleũ roſ.⁋ Ad oia etiã apata ⁊ oes puſtulas ſe men vrtice cũ aqua pluuiali impoſitũ eſt maximum

Sarcocolla. pſidiuꝫ.⁋ Sarcocolla quoq; more empli ſuppoſita

Berberis. ſedat oia apata.⁋ Omnibꝰ aũt apatibus calidis ber beris appropriatate ꝯfert.⁋ Eiſdẽ aũt calidis ꝯfert

Lẽticula aq. iuuamẽto magno ⁊ manifeſte lenticula aque ſuppo ſita ⁊ ppꝛie lenticula aque marine.⁋ Ad eandẽ co

Coriandrum. riãdrũ cũ melle ⁊ oleo ẽpleſ.⁋ Ad oia q̃q; cal'a ſiue

Solatrum. ſint ex: ſiue intra poſita emplm factũ ex ſolatro eſt bonuꝫ cũ extrinſecꝰ eſt apa. Ad intrinſeca aqua eiꝰ

Flores ieſemi ni. bibatur.⁋ Et dixit Gal. ſi flores ieſemin infundan tur in aqua donec mitigetur vehementer virtus eo rum ſunt bonuꝫ farmacuꝫ ad flegmones .i. apoſte

Stercus ho minis. mata calida.⁋ Et dixit Raſis ꝙ ſtercꝰ hominis tri tum cum rutha poſituꝫ ſuper apoſtemata corrodẽs

Oſtracha. carnem ſanat.⁋ Ad oia autem apata putrida caro marinoruꝫ oſtracoruꝫ cõbuſta cum aceto ⁊ aqua vel cum aceto ⁊ melle mixta cõfert iuuamẽto magno ⁊ manifeſto.⁋ Eiſdem etiam conferunt medicamina facta cum fricatura plumbi de quibus ſupra multa diximus ⁊ dicemꝰ infra quũ de cancro tractabimꝰ. ⁋ Ad oia autẽ apata flegmatica fiat emplm cũ radi ce cucumeris aſinini ⁊ farina ordei. nam illa reſoluit etiã ſi ſint antiqua.⁋ Omnes aũt furũculos reſol

Cinis alei cõ buſti. uit inunctio facta cum oleo ⁊ melle ⁊ ſale.⁋ Ad om nia autẽ bothor cõfert cinis alei cõbuſti ſuperpoſi

Decoctio lu pinorum. tus.⁋ Eiſdem etiaꝫ confert decoctio lupinoꝝ. Vn guentuꝫ autem noſtruꝫ ad omnia apoſtemata cali

Vnguẽtũ nrꝫ da. ℞. coriandri ceruſe litargirij olei roſa. aceti om niuꝫ aã. fiat eoruꝫ permixtio bona ⁊ adminiſtretur. ⁋ Experti etiam ſumus ad omne vlcus ⁊ omnẽ pu ſtulam malam herbam que dicitur herba ſancti lau

rentiſ ⁊ alio nomine herba venti quando coquitur ⁊ applicatur loco.¶ Ad omnes etiam exituras experti ſumus vt tollantur folia maluauiſci ⁊ maſticentur cuꝫ ſale ⁊ ſuperponātur aut coquantur in vino vel melicrato ⁊ ſupponatur ⁊ hoc etiam cōfert ſcrofulis:ſed quū maturationeꝫ magis querimus cum melicrato coquimꝰ quādo vero reſolutionē ⁊ exiccationem maſticamus cum ſale.

¶ Capituluꝫ ſecundū. De formica heriſipilla ⁊ herpeſtiomeno.

Quoniam heriſipille ⁊ formice ⁊ ignis perſici cauſa ⁊ cura ſunt proxime:ideo de eis ſimul dicemꝰ oēs eniꝫ ſunt de ignita materia ideoq̃ heriſipillaꝫ curat plantago impoſita cum chimolea ⁊ puſcha aut ceruſa.¶ Ideꝫ aūt operatur medulla panis frumenti trita cum raſura corticis cucurbite recentis ⁊ ſuppoſita.¶ Ad eandē aūt ⁊ maxime qū dilatantur de mēbro ad membruꝫ virga paſtoris impoſita eſt vna de melioribꝰ medicinis.¶ Radix ēt mandragore multuꝫ trita ⁊ ſuperpoſita cum aceto cōfert multum.¶ Et dixit Auicē. ꝓ rutha mixta cum ceruſa ⁊ aceto ſanat antiquam heriſipillam ⁊ formicam.¶ Et dixit cinis ſalicis linitus cum aceto formicaꝫ remouet.¶ Emplaſtrum autem factum ex folijs ⁊ ſemine lini cum vino ſuperpoſitum confert valde.¶ Ad idem etiam ⁊ formicam confert multum acetum bibitum ⁊ linitum ⁊ etiaꝫ prohibet vt nō perueniat apa.¶ Inunctio ēt facta eiſdē cuꝫ aqua decoctiōis ſolatri ⁊ cera aut ceruſa ⁊ oleo roſ. cōfert.¶ Et in formica ſumus experti vt tollantur cortices arboris pini ⁊ calcanti aā. ⁊ cum oleo mertino fiat emplaſtruꝫ ⁊ loco ſupponatur.¶ Eiſdē aūt ⁊ igni perſico cū farina lupinorū ⁊ farina ordei mixtis fiat emplaſtrum qđ expertus ſum perutile miſcens illas ſolum cum aqua frigida

Plantago.

Medulla panis.

Virga paſtoris.

Radix mandragore.

Cinis ſalicis.

Caules. ¶ Et Gal. quidē dixit ꝙ caules ſanāt illas: ⁊ iterū di
Centinodia xit ꝙ ſanant herpetes. ¶ Et dixit ꝙ centūnodia eſt
herpetibus bonū pharmacū: ⁊ ēt alioꝝ vlcerum cui
dentiſſimū vero flegmonoſoꝝ ⁊ alioꝝ reumaticorū.
¶ Et dixit etiam ꝙ ſi tollant albumen oui ⁊ fex vi-
ni añ. exiccant herpetem ⁊ vlcera difficilia. ¶ Ad eā
dem autem ſumus experti ſuccū coriandri aut etiā
Coriandrum. ipm coriandrum miſcens ipm cū melle ⁊ oleo em
plaſtrantes eſſe vtile.

¶ Caplm. 3. De antrace ⁊ carbūculis.

Et quoniā antrax ⁊ carbūculus ſunt ex
apātibus calidis ⁊ a cā ꝓpinqua fiunt
q2 nō differūt niſi ſm maiorē ⁊ mino-
rem aduſtionē ſanguinis factā a qua
fiunt. Ideo de ipſis dicen̄. ſimul. Uerū
q2 mortificatione ⁊ cauterizatione indigent que fit
cum medicis aduſtis: ideo forte quis falſe opinat
ipſa fieri a cā cali. ¶ Dicunt ergo ꝙ aſſa cū melle ⁊
nitro ⁊ rutha mixta ⁊ ſuperpoſita eſt ſingulare preſi
Exibile nucis. dium. ¶ Et dixit Gale. ꝙ exibile nucis ſuperpoſitū
Oppoponacum illos ſanat. ¶ Aperit āt carbūculos oppoponacū
cū paſſulis ſuppoſitū. ¶ Et dixerūt q̇dā ꝙ ſi patiē
Radix palme ti antracē vel carbūculum ꝓpinet in potu ex radice
chriſti. palme xpi illos ſubito lēteſcūt. ¶ Nos vō ꝑcepim⁹
vt ſup eos ponat ex his. ℞. cantaridaꝝ cōbuſtarū
alei ⁊ ſaponis diſſoluant cū hoc capitelo. ℞. cineris
q̄rcus quo tintores vtunt ptes. iiij. calcis ptes. vj.
miſceant ⁊ ſupponant cū ꝑdictis. ¶ Circa locū fiat
emplm hmōi. ℞. ſucci plan. ⁊ maluaꝝ añ. inſpiſſen-
tur cū puluere ceruſe: cortice papaueris: camomil-
le: agrimonie: farine ordei: ⁊ medule panis: ⁊ addat
eis ex oleo: ⁊ aſſungia quātū neceſſe videt. ¶ Erra-
Oliua nigra. dicāt aūt antracē: oliue nigre ꝑꝑ maturitatē trite ⁊
Exptū nrm. ſuppoſite vt ſum⁹ exꝑti. ¶ Et exꝑtū nrm ē i hoc mi
rabile vt tollat cinis: ⁊ in oleo bulliat ⁊ ſupponat.

¶ Caplm

¶Cap.4.De panaritijs.

Dicemus autē nunc de panaritijs qm̄ inter apāta cal. numerātur. ⁋ Panaritia autem ad ſanitatē pducit ſolum thus cum melle mixtum vt dixit Hy. ⁋ Ad eadez autē eſt vtile emplaſtrū factū ex ſerratura elefantis. ⁋ Si vero ſit vlceratū panaritiū: ſolum aloes tritū ſupponatur. ⁋ Cōfert aūt eidē ſordities q̄ ab aure foditur. ⁋ Cōfert aūt eidē oē litiū ſuppoſitū. ⁋ Erugo quoq; ferri cū vino ſuppoſita illis cōfert ꝙ ſum expertus. ⁋ Liqritia ēt ꝛ ſuccus ei⁹ īpoſita ſanant ꝛ ſilr cortices ei⁹ triti cū ficubus acerbis ꝛ ſuppoſiti ꝛ maxie cū pēnis. ⁋ Ex exptis aūt nr̄is eſt ꝛ maxie: cū eſt in radice vngnis eſt vt ſumatur flos vitis agreſtis ꝛ tēperetur cuz nigella ꝛ ſupponatur: ꝛ maxime cum panaritia ſunt in principio.

Serratura elefantis.
Sordes auris
Litium.
Erugo ferri.
Liquiritia.
Exptū nr̄m.
Flos vitis agreſtis.

¶Cap.5.De maturatōe apātis ꝛ eius apertione.

Solent ex pdictis apātib⁹ plura aptione ꝛ maturatōe indigere circa q̄ ponemus q̄ vtrāq; intētionē pficiūt cū medicinis. ⁋ Dixerūt ergo prudētes antiq̄ viri ꝙ bdeliū maxie ꝯfert in molificādo apāta ꝛ maxie qd̄ ſiculū eſt. ⁋ Ad idem aūt ꝛ citā maturationē faciē dam: ſanguis yrci vel vrſi vel tauri vel leporis calidus īponatur. Et Aui. dixit ſanguis iſte calidus poſt ꝯgelationē īponatur. naz frigidus īpoſit⁹ nō maturat ſm Gal. ꝛ ēt ſm Raſim. Et addit Raſ. ad ſanguinē tauri ꝙ ēt ſepuz ei⁹ admiſceatur. Et ſanguis tauri ſup dura apāta appōatur. Sanguis aūt leporis ſup mollia. ⁋ Ad apienda oīa apoſtemata īponatur ſempuiua cū aſſungia ꝛ coriādro trita. ⁋ Apit aūt cito ꝛ expimēto didicim⁹ ſemen vrtice viride cū ſale ſuppoſitū ꝛ tritū vbi q̄ritur ruptura ꝛ tantūdez de ipſo loco pligetur qn̄ queritur ꝙ apertio

Bdelium.
San. aīaliuz.
Sempuiua.
Semē vrtice.

Caro teſtudinis. magna fiat. ⁋ Et dixit Raſis ꝙ caro teſtudis mixta
cum farina ordei ꝛ puluere molēdini aperit ea ꝛ per
teſtudinē intelligit limatias vel oſtraca. ⁋ Et dixit
Stercꝰ galli. ꝙ ſi fiat emplm cū ſtercore galli citrino ꝛ oui medi
tulio ꝛ pauco croci aperit omne apa ī quo eſt pus.
⁋ Quod autē aperit dubelet difficilis maturationis eſt
emplm factum ex radice narciſci .i. lilij albi cū mel
le ꝛ herbo ſuperpoſitum. Eſt autē herbus orobus
Suſbal. ꝛ robilia idē. ⁋ Idē aūt operant folia ſuſbal ſuppo
ſita ꝛ maturant apoſtemata difficilis maturationis
Mora rubi. ꝛ inobediētia maturatiōi. ⁋ Mora aūt rubi cū pane
ꝛ melle mixta impoſita apata mirifice rūpunt. ⁋ Ut
Exptū nrm. in apertionē oīa apata imatura veniant. ⁋ Experti
ſumus vt tollat ſtercoris colūbini ꝛ lolij aā. coquā-
tur in vino ꝛ ſuperponantur.

⁋ Caplm. 6. De apatibꝰ duris in gñali: ꝛ dē nodis.

TRanſeamus deinceps ad omnia apo
ſtemata dura primū faciens vlem ſer
monem. ⁋ Dico ergo ꝙ ad apata du
Folia oleandri. ra folia oleandri impoſita ſunt magni
iuuamēti. ⁋ Dixerūt et ꝙ oleū de li
Oleū de lilio. lio diſſoluit oēm duritiē antiquā a p-
prietate que eſt in eo. ⁋ Idē pñt facere lētes cocte
Lentes. cū aceto ꝛ emplate. Et nos qdez expti ſumus eas
decoquētes cū aq̄ marina. ⁋ Et Gal. dixit ꝙ oēs ſcli
Folia capparis. roſe durities cū folijs capparis emplent mixtis cū
aliq qd obtūdat virtutē eoꝝ. nā in paucis diebꝰ dia-
Ficus. forant. ⁋ Et dixit et huc ſermonē ficus pue acerbe
cocte diaforant oēs duros tūores: maxie āt diaforāt
ꝛ ipſe p ſe cataplaſmate: talis ſunt vtutis ꝛ decoctio
eaꝝ et eſt ſilis vere: opꝫ āt vbi digerere vis triticeā
farinam admiſcere. Ubi vero diaforare ordeaceam
panis autem in medio eoꝝ eſt. Scire etiam oportet
digerere magis quidem pinguiores. acriores ve-
ro ingeſtu abſtergere ꝛ diaforare nate ſunt. ⁋ Et

dixit vtraq; pix poſita in cataplaſmatib⁹ diger it om- Pix.
nes duros ⁊ indigeſtos tumores minor recens em-
plaſtrata mollificat oēs tumores duros. ¶ Et dixit
etiā in quarto ſcliroſitates ⁊ durities congruiſſima
eſt adeps leonis ſicut ocioſiſſima eſt porcina than
rina ē media har. ¶ Et dixit Raſ. q̄ cerebrū ceruí le-
nificat apata dura ſi ſint in muſculis ⁊ etiā cordis. Cerebrū cer-
Et poſt ipſum eſt in hoc cerebrum vtiliſſimū. ¶ Et ēt ui.
dixit q̄ cancer fluuialis tritus ⁊ ſuperpoſit⁹ illa diſ- Cācer fluuia-
pergit. ¶ Et idem operantur radices ieſemini cū ace- lis.
to trite ⁊ ſuperpoſite nam illas ſanant. Et dixerunt Radix ieſemi-
de nodis q̄ ſi plumbum ſuperligetur eis: ita q̄ ſo- ni.
lum nodum comprimat ⁊ non partes circūſtantes Plumbum.
ſpargitur ⁊ diſſoluitur: ita q̄ nodis paruis valde cō-
fert caro ericij marini ſuperpoſita. Et dixerunt quī-
dam ſi natus poſt mortem patris ſui mordeat no-
dum ter ſtringendo bene ſanatur patiens: ſed hec
tranſeunt medicinalem ſcientiam ⁊ cognitionem: ⁊
vt puto ſola conſtrictio hoc facit. ¶ Et nos omnes
nodos ⁊ omnes durities diſſoluimus ſic: tollantur Cipreſſus.
folia cipreſſi humida aut nuces eius terantur cum
medulla ficuum ⁊ ſuperponantur. ¶ Ut autem om-
nis duricies melancolica reſoluatur. ℞. ſaturegiam
⁊ eam decoque in aceto poſtea accipe marchaſitam
⁊ pone in igne donec fiat ardens: deinde ſuperin-
funde illam cum illo aceto: ⁊ cum illa ſuffumigetur
durities. ¶ Ad eaſdem autem durities ⁊ etiam du-
rities que fiunt poſt aures tollatur farina ſeminis
lini ⁊ temperet̄ cum aqua cineris ⁊ ſuperponat̄ lo-
co. Eius autem deſcriptio ſcripta eſt ſupra capi. de
cōgelatione lactis vel ſanguinis in ſtomacho. ¶ Cuꝫ
autem ſunt apoſtemata in principio ſue durationis:
tollant̄ farina frumēti ⁊ farina auene coquant̄ adin-
uicē ⁊ ſupponant̄. Qd̄ etiā oīa apoſtemata dura re-
ſoluit etiā que ſunt poſt aures eſt empl̄m noſtrum
hoc. ℞. viſci qrcini raſure pini cere an̄. fiat empl̄m. Empl̄ꝫ nr̄m.
ſequenti autem capitulo multa requirantur.

¶ Capłm.7. De ſcrophulis.

NUnc aũt dicamus de ſcrophulis q̄ ſunt
apata dura facta in locis glandoſis ꝛ ꝓ
prie circa gulam. ¶ Dixerũt aũt antiqui
Radix affo- ꝙ ad oia apata dura radix affodillorum
dilli. cuꝫ fece vini ſupponat. ¶ Et dixerũt ꝙ
Semen lini. ſolum empłm cuꝫ ſemine lini reſoluit ſcrophulas ꝙ
ſi eis addat ſtercus columbinuꝫ illas diſrumpit imo
Loliuꝫ. dicunt ꝙ in ſpargẽdis ſcrophulis loliũ comeſtũ vel
bibituꝫ appropriectate cõfert ꝙ ſum⁹ experti. ¶ Et
Raſ. dixit ꝙ ſterc⁹ colũbi cum mixtuꝫ fuerit cũ fari
na ordei ꝛ ſemine lini ꝛ aceto ꝛ ĩpoſitũ fuerit diſſol
Cinis vnguiũ uit ſcrophulas. ¶ Cinis aũt vnguiũ aſinoꝝ ꝛ equoꝝ
aſini ꝛ equi. ẽt ſm Gal. diſſolut⁹ cuꝫ aceto aut ẽt cuꝫ oleo ĩpoſi
tus ſcrophulas diſſoluit ꝛ hoc ꝯfirmat ẽt Raſ. ¶ Et
Armoniacuꝫ. dixerũt ꝙ armoniacuꝫ illas diſſoluit. ¶ Et lentes ẽt
Lentes. cocte cũ aceto ꝛ empłate illas diſſoluũt ꝙ ſum⁹ ex-
perti. ¶ Duritiẽ aũt ſcrophulaꝝ tollit ziniar.i.viri-
Rutha. de eris mixtũ cum armoniaco ꝛ impoſitũ cũ licinio.
¶ Ideꝫ autẽ operat rutha ꝛ ꝓprie empłata regio-
ni eius. ¶ Folia ẽt capparis ꝛ radices ẽt ſi miſceant
Folia cappa. cuꝫ medicinis ad hoc cõuenĩetib⁹ in paucis dieb⁹
Farina fabaꝝ ſpargũt illas. ¶ Et nos quidẽ in expertis nr̃is mi-
Stercus ca- ſcem⁹ farinã fabaꝝ ꝛ pinguedinẽ galline. ¶ Sterc⁹
prarum. aũt capraꝝ fortiter illas diſſoluit. ¶ Qđ ẽt eis ꝯfert
Caro ꝛ ius ſer ꝛ eas augmẽtare ñ ſinit ẽ caro ſerpẽtis ꝛ ius eius in
pẽtis ꝛ pellis. vſu habita abiecto capite ꝛ cauda. Idem aũt põt ꝛ
pellis eius ſilr data. Eiſdeꝫ valde cõfert caro ericij
marini ſuppoſita eis. ¶ Et dixit Gal. oẽs ſcrophu
Sterc⁹ bouis le ꝛ oẽs indurati tumores ꝛ pcipue in corpib⁹ du-
ris empłent cuꝫ ſtercore bouino ꝛ aceto: ſit aũt ſter
cus vernale magis. ¶ Et dicũt ꝙ farina ordei cuꝫ pi
ce liquida cera ꝛ oleo ĩ infantib⁹ cito ſanitatẽ indu
Radix aceto cit illa ſpgendo. ¶ Et dixit Amech ſuſpẽſio radicis
ſe ſuſpẽnſa. acetoſe ad collũ ꝯfert habẽti ſcrophulas. ¶ Et iteꝝ
Pes cancri. dixit ꝙ ſi ſuſpẽdat pes cancri in charta cõſeruatõis

a collo ei⁹ qui hȝ ſcrophulas curat ꝙdiu durat ſup ipſum. ¶ Et nos quidē ſum⁹ experti ꝙ coriandruȝ cū farina fabaꝝ ⁊ melle empl'o facto ⁊ ſuppoſito re ſoluit ſcrophulas. ¶ Ad ſcrophulas aūt ⁊ ad oē duru apā. ℞. farinā lupinoꝝ mel ⁊ aceti modicū fiat empl'm ⁊ ſupponat: ⁊ hoc ē̄t corporibus duris magis in mollib⁹ autem loco mellis ponat aqua ſola. ¶ Capil. ve. ſcrophulis empl'atus ē̄t multū confert ⁊ experimēto didicim⁹. ¶ Trociſci ē̄t de ſcamonea qui dicti ſunt ſupra cap. de dolore capitis liniti ſupra ſcrophulas ⁊ ꝓprie cuȝ ſucco apij aut dauci delent eas. ¶ Et ex exptis nr̄is pulcherrimis eſt, vt ex ſucco vitis albe ⁊ melle ⁊ vino equalib⁹ ptib⁹, ſumptis fiat potio patienti ſcrophulas ⁊ radice eius ⁊ melle. ¶ Adducat ē̄t ad hunc locuȝ vnguētuȝ factū ex ſucco ciclaminis dictū ſupra cap. de opillatiōib⁹ ⁊ duritiebus ſplenis. ¶ Experiētia aūt plurib⁹ ſcio ꝙ arſe nicuȝ ſublimatū ſup ſcrophulas ponat donec corrodatur cutis vſqȝ ad ſcrophulaȝ demuȝ cum ſtillo pungat ꝓfunde ſcrophula in duob⁹ vel trib⁹ locis ſm quātitatē eius ⁊ in puncturis infundant grana dicti arſenici ⁊ nūꝙ moueant ⁊ loc⁹ deſup quacūqȝ die cū aſungia porcina epithimet: putrefiet. n. ſcrophula tota cuȝ folliculo ⁊ egredietur ⁊ locus poſtea cura cōmuni curetur.

Exptū nr̄m. Emplm. Capil. ve. Tro. de ſca. Exptuȝ nr̄m aliud. Unguentū ci claminis. Arſenicū ſub limatum

¶ Cap. 8. De cancrenis ⁊ cancro.

Et qr cancer ⁊ cancrena fiunt a mā melā colica ⁊ nō drūt adinuicem niſi ſm accidētia ⁊ nō ſm drīas eſſentiales ⁊ dixit Aui. recte pn̄t noiari ⁊ tractari in hͦ ca. ¶ Et dixerunt antiqui ꝙ eruca gorems aī gerātina optie curat cācros Serap. vͦ vocat hudereuga. ¶ Cataplaſma vͦ factū ex cicere pegrino ⁊ melle ſaluberrime curat. ¶ Et Rirādus dixit ꝙ cancruȝ lingue ⁊ ptiuȝ eius imo marcidā linguaȝ vidit

Eruca gera tina.

Succ⁹ fol. vitis albe. curari ſolo ſucco folioꝝ vitis albe cum melle. ⁋ Et Raſ. dixit ꝙ ſanguis leonis ſuꝑfricat⁹ cancro tol-

San. leonis. lit illum. ⁋ Et ſiľr dragontea optime curat cācros.

Dragontea. ⁋ Oleū aūt roſ. vel myrtinū vel citonioꝝ vel aliqḋ ex oleis fri. fricatū cum piſtello plūbeo in mortario plūbeo vſq ad oleoꝝ ſpiſſitudinē ⁊ ſuꝑinunctū cancris optime curat ⁊ mirabilia ſunt tota medicamina facta cū plumbo ⁊ ego ſemper inueni vtiliſſima. ⁋ Si

Tuderi. aūt cancer non ſit vlceratus liniať cū tuderi ⁊ aqua mellis ⁊ eſt herba naſcēs in tectis. ⁋ Sedāt aūt dolores cancroſoꝝ membroꝝ: ⁊ ēt ſumus experti ſepiſſime lac impoſitū cū aliquo cinere ſicut eſt cinis fornacis in qua purgeť es. ⁋ Et ego quidē mirā vtilitatem inueni in cancris vlceratis ex ſola appoſitione

Herba demonis. folioꝝ herbe de moris aľ demonis de qua magna copia habetur in lumbardia in territorio veroneñ.

Exibile nucis. ⁋ Gal. dixit ꝙ exibile nucis antique cācrenis impo

Decoctio lupinorum. ſitū illas ſanat. ⁋ Ulcera aūt cancrenaꝝ decoctio lupinoꝝ amaroꝝ ſuꝑinfuſa eſt vtilis ⁊ ea ꝓhibet vt ſum⁹ expti ⁊ maxīe corruptioni. ⁋ Ulcera aūt cancre

Semē raffani narum erradicat integre ſemē raffani cū aceto īpoſitum. ⁋ Sum⁹ quoq experti ad cancrū nō vlceratū vt ſumanť paſſule dulces ⁊ piſtentur abſq nucleis ſuis ⁊ miſceanť cū foliis rute ⁊ cū foliis cuſus ⁊

Ad polipū. fiat ēplm cū farina ciceꝝ. ⁋ Si aūt cancer ſit vlceratus. ℞. ſuccum racemoꝝ dragontee ſiue ſerpentarie criſpe ⁊ ſuꝑ locū pone ⁊ ſi neceſſe eſt addatur olei roſ. Medicina hec ēt valet ad polipū. ⁋ Si vero cancer ſit vlceratus ſcim⁹ ꝙ infuſio ex aqua marina vbi lentes ſint cocte multū valet: ſed de eis queranť plu

Unguētū de ranis. rima tractatu de vlcerib⁹ ⁊ querať ēt vnguentū de ranis ſcriptū ſupra cap. de podagra.

Additiones.

Quidā paſſus eſt herpetē in lingua cui ꝓpinatū fuit arſenicū ſublimatū ꝑ duas horas dimiſſū dein de appoſito butyro ꝑ diem cū vino ⁊ ſucco plantag. inde pluries loto ſanitati cito reſtitutus eſt.

¶ Folia herbe farfarelle contuſa ⁊ ſuppoſita crurib9 corroſis mirabile ſunt medicamen.

¶ Ad cancrū vlceratū exptum infalibile. ℞. briſcaꝫ vnā apū piſtet ꝑ ꝑ ſe deinde tolle ciatū mediū ſucci plan. ⁊ tantūdem olei oliue miſce ſit in modū empl ⁊ iſto mō mortificabit vſq ad dies. 8. vel. 9. deide ac cipe panē vſtū fac pluerē ſupra ponēdo die vna alio nō die vtet vnguēto ꝯſolidatiuo videbis mirabile.

¶ Itē aliud exptū vni matrone q̄ habuerat cācrū vlceratū iaꝫ ānis. x. ⁊ ꝑ mēſem curata ē libere cū pul uere iſto ⁊ vnguēto infraſcripto. ℞. attramēti auri pig. ſulfuris viui ⁊ ſaliſgēme diſtempera cū aceto ⁊ pone in ollā rudeꝫ bñ coopta: ne fum9 poſſit exire ⁊ decoquat donec incineret ⁊ puluerizet ſubtiliter facta lauatura cū aceto tepido ſup aſpgat o pul. iſto vſq ad mortificatōeꝫ cācri deinde ponat de iſto vn guento ꝙ. ℞. mellis rub. diſpumati ſepi hircini lima ture cupri añ. ⁊ miſce vt vnguentum.

¶ Cap. 9. De fiſtulis ⁊ duritiebus earum.

Fiſtula in morbo eſt oīs cōcauitas facta corruptiōe mēbri illi9 ab aliqua mā de fluente ad mēbruꝫ q̄ in illo corrūpit. Et dicit Gal. ꝙ vocata eſt fiſtula ad ſimili tudinē fiſtulaꝝ extrinſecaꝝ in quib9 ꝑs ſuperior eſt ſtricta ⁊ inferior lata. ¶ Et Gal. dixit ꝙ oēs ꝯcauitates cronicas ⁊ difficile ſanabiles ⁊ fiſtu loſas ꝑ ꝑ reuma ꝯfluēs: ſanāt teſte oſtrachoꝝ qñ cō Teſte oſtra-
burunt ⁊ terunt ſubtiliſſime ⁊ lauant ⁊ miſcent cuꝫ choꝝ.
